c Quidam tamen] Ratio autem in hac eſſe poteſt, Quia aduocatus propter imperitiam ſuã ſuccumbere poſſet, vel propter aſtutiam, & malitiam ſuam poſſet reus iniuſtè abſolui, & ſic cõdemnaretur actor ad pœnam talionis. Vnde, quia lingua eſt nimis facilis.ff.ad l.Iul.male.tuti⁹ eſt, vt clericus abſtineat. Dicit tamen, ꝙ ſi aduocatus eſſet omnino inculpabilis, non efficeretur irregularis, vel ſaltem debat proteſtari, iuxta c.prælatis, de homi. in 6. Debet tamen, vt dixi, potius abſtinere.

nihil quærent pro ſalario, ſed oblata ſpontè recipere pñt 15.q.1.c.vni.[a] ſed gl.dicit, ꝙ non ſeruatur, quia nemo militat ſtipendijs ſuis. c.cum ex officij de præſcr.

7 Vtrũ in minoribus ordinibus cõſtituti poſſint aduocare? Rñ. ꝙ ſi ſunt beneficiati, nõ pñt niſi corã eccleſiaſtico iudice, c.1. đ poſtu. limita hoc ſm Pa. & Hoſt. qñ habent ſufficiens beneficium ad eorum ſuſtẽtationem, quia ſi nõ habent, poſſunt per aduocationem acquirere ſibi,[b] etiam ſi ſunt diaconi, vel ſubdiaconi. Si autem nõ ſunt beneficiati, poſſunt tam corã eccleſiaſtico, quã etiam ſęculari in cauſa ciuili. In cauſa autem criminali nullo modo poſſunt corã ſęculari iudice, nè cle.vel mo.c.ſententiã, 23.q.8.his, a quibus. 51.di. aliquanto. Quidã tamen[c] dñt eos poſſe pro reis poſtulare, & appellare, & appellationem proſequi, ar. 23.q.5.c.eos.ſed tuti⁹ eſt in totũ abſtinere.d.c.ſñiam & no. d.gl. in d.c. aliquanto.

8 Vtrũ, religioſus poſſit poſtulare? Reſpon. ꝙ non, niſi cum vtilitas monaſterij expoſceret Abbate imperãte.c.ex parte,[d] de poſtu. Et extenditur ẽt ad canonicos regulares; ibidem patet. Et ibi dicit Panor. ꝙ oportet prædicta duo ſimul concurrant; aliàs nullo modo etiã coram eccleſiaſtico iudice eſſe aduocatus; vel procurator[e] poteſt. Si verò prædicta duo concurrant, poteſt etiam coram iudice ſœculari, ar.in ca.1. & c.ſi.eo. titu. intellige in cauſa ciuili tantùm.

9 Vtrum propter lucrum applicandum monaſterio Abbate imperãte poſſit monachus eſſe aduocatus, vel procurator? Rñ. Inno.in c. cum I.& A.de ſen.& re iu. ꝙ etiam pro laico poteſt eſſe aduocat⁹ & procurator monachus propter vtilitatem monaſterij; & ita dicitur, ꝙ d. Lapus ſeruauit. Sed contrarium, ꝙ nõ poſſit, tenet Io. And. Ego autẽ dico cum Pa.in d.c.ex parte fore magis honeſtum & æquum, vt abſtineat, ar. c. nõ magno, nè cle.vel mo.& 16.q.1.alia eſt cauſa. Aduerte tñ, ꝙ clerici, vel monachi ſolũ prohibentur (vt dixi) poſtulare, qñ indifferenter exercere volunt talia officia ſecundùm Innoc.in c. vnico, de ob.ad ratio. ſec⁹, ſi volunt aſſumere in vna cauſa. & hoc ſequit Archi. in c.peruenit.86.diſt.& placet, & videtur ęquũ, licèt Colle.in c.dilecti, de arbitris, teneat ꝙ nec etiam in vna cauſa, & fortè verius.

10 Verũ aduocat⁹ † teneatur gratis pro impotẽte aduocare; Rñ.Pa.in c.1. de offi. iu. or.diſtinguit ſic, aut eſt potens ad ſoluẽdũ, & ſic eſt vera opi.Goſ.qui dicit, ꝙ nõ tenetur, ſed iudex debet ſibi conſtituere ſalariũ ſecundũ facundiam, & pro modo litis, & cõſuetudinis

d C.ex parte] Fundatur hoc ſuper canone, monachi. 16.quæ.1. Qui habuit reſpectum ad religionem, non autem ad ordinem monachorum, quia extenditur ad canonicos regulares. nam etiam ipſi religioſi ſũt, licèt regulæ inſeruiãt laxiori. Et intelligit Panormita. de religioſis cuiuſcunque ordinis, vt veniant appellatione monachorum, ſi ratio diuerſitatis aſſignari nõ poſſit, pro quo facit.c.duo. 12.q.1.

† De aduocati & patroni cauſarũ officio catechiſ. in præce. Non loqueris.c.nũc explicemus. P. V.

e Vel procurator] Ponatur caſus ſic. Monaſterium multũ grauatur ære alieno, nunquid monachus peritus poſſit aduocare, vt de lucro monaſterium releuetur ab onere debitorum? Et dicit Hoſtien. in ca.ex reſcripto, de iureiuran. ꝙ ex abbatis permiſſione poteſt monachus deputari ad ſeruitiũ prælati, vel magnatis per aliquod tempus,

patriæ, vt in l. 1. §. in honorarijs, [a] ff. de va. & extraor. cog. Aut eſt impotens, & tunc tenetur gratis aduocare lege diuina hoc præcipiente. Mat. 22. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. & credo, quod peccat mortaliter, [b] quando ſcit talem impotentem incurrere notabile damnum ex defectu aduocati, ſi requiſitus eum non adiuuat gratis. Secus, ſi leue damnum, quia tunc eſſet veniale. Et ſimiliter iudex peccat mortaliter, vel venialiter ſicut aduocatus, ſi ſciens talẽ impotentem non prouidet ſibi de aduocato, præcipiendo alicui ipſorum. ꝙ gratis aduocet ꝑ tali impotente. Et ſi ei nolunt obedire, poteſt & debet eis ĩterdicere officium aduocatiõis. l. prouidẽdum §. ſi quis verò. [c] C. de poſt. ar. l. moris eſt. in princ. ff. de pœnis. & in l. 1. de off. præ. vr. & in d. c. 1. Et etiã cauere, nè potentior offendat aliam partem, vt no. Bar. in l. illicitas. §. nè potentiores, ff. de offi. præ.

11 Vtrum aduocare poſſit quis contra eum, à quo recepit beneficia, ſine vitio ingratitudinis? Reſpon. quòd non, vt patet in c. fi. de poſtu. vide ibi Panor. imo poſſet donatio reuocari, ar. d. c. fi. iuncto, c. fi. de dona. [d] ſed aduerte, quòd beneficium datum pro mercede laborum, & ſeruitiorum, nõ eſt gratuitũ beneficiũ. [e] facit. l. Aquili⁹ regulus, ff. de donat. vbi donatio facta magiſtro rõne diſciplinæ nõ eſt mera donatio & ideo reuocari non poſſet rõne ingratitudinis, ſed ſolummodo qñ donatio, ſeu beneficium eſt gratuitum. Fallit hoc qñ ꝑ ſe, vel pro patre, vel matre, impotente, aut pro alia miſerabili perſona aduocat, vt colligitur ex Specula. in titu. de aduo. §. finali, verſiculo quid ſi per imprudentiam, quia tunc poteſt ſine vitio ingratitudinis.

12 Verũ aduocatus teneatur ad reſtitutionem, ſi per imprudentiam, aut negligentiam ſuam amiſit cauſam clientulo? Reſ. Hoſ. vt recitat Spec. in tit. de aduo.

quia hoc non ſit ſine vtilitate monaſterij, cum per illum monaſterij negotia promoueantur, ſicut dicitur de clerico ſæculari. c. cum dilectus, de cle. non reſid. & tex. cum glo. in c. paſtoralis. 2. q. 7. & pro vtilitate Abbatis poteſt monachus procurator conſtitui, ſiue aduocatus, vt n ſit accuſatus, ſi inquiritur cõtra eum, & ĩ electione ipſius, & ſimilibus quia in his vertitur vtilitas monaſterij, vt bonus Abbas eligatur, & electus defendatur ſecũdùm Innocent. & refert Panor. in d. ca. cum I. & A. vltim. colum. de re iud.

a §. in honorarijs] Aduocati poſſunt officium iudicis implorare, vt eis conſtituatur ſalarium ſecundùm Bart. in d. §. in honorarijs. Et idem in procuratore ſecundùm Cyn. Et Baldũ in l. 1. C. mandati. Et aduocati habent alias actiones, quæ nota. in l. 1. C. de ſuffragio. vide gloſ. in l. ſalarium ff. mandati.

b Peccat mortaliter] Adde tex. in l. 1. §. ait prætor, ff. de poſth. & l. 1. §. nec quicquam, ff. de offi. procon. Et facit pro §. iſto, quod dicit ſan. Thom. ſecunda ſecundę q. 71. art. 1. in corpore q. Præſtare patrocinium cauſæ pauperum, cum pertineat ad opus miſericordiæ, & opus miſericordiæ ſit affirmatiuum præceptum, non obligat niſi pro loco & tempore. Et quia omnibus indigentibus vnus ſubuenire nõ ſufficit, ideo obſeruandum eſt illud, quod dicit Auguſti. in 1. de doctrina Chriſti, Cum omnibus prodeſſe non poſſis, his potiſſimè conſulendum eſt, qui pro locorum, & temporum, vel quaruncunque rerum opportunitatibus conſtrictius tibi quaſi quadam ſorte iunguntur. Dicit enim pro locorum, quia non tenetur homo per mundum quærere indigentes, ſed ſufficit, ſi eis, qui occurrunt, ſubueniat. Vnde Exod. 23. dicitur. Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, duc ad eum. Dicit & temporum, quia non tenetur homo futuræ neceſſitati prouidere alterius, ſed ſufficit præſenti ſuccurrere, prima Io. 3. qui viderit fratrem ſuum &c. Dicit etiam, quarumlibet rerum, quia homo ſibi coniunctis quacunque neceſſitudine maximè debet curam impendere. 1. Timot. 5. ſi quis ſuorum &c. Dicendum eſt ergo ĩ hoc caſu, quod ſi apparet iſti cauſę pauperum poſſe aliter ſubueniri per ſeipſum, vel per coniunctam ſibi perſonam, aut maiorem facultatem habentem, non tenetur ex neceſſitate ſibi ſubuenire aduocatus, ita quòd peccet non ſubueniendo, quamuis ſubueniendo hoc caſu laudabiliter faciat. Secus, ſi non appareat in promptu, quomodo poſſit ſubueniri, indigenti, quia tunc talis teneretur. Et ſic patet non ſemꝑ teneri aduocatum cauſæ pauperum patrocinium præſtare, ſed ſolùm concurrentibus prædictis circumſtantijs, alioquin oporteret eum cætera negotia prætermittere, & intendere cauſis pauperum tantum. Et idem dicendum de medic. hoc ſupra Thom.

c L. prouidendum §. ſi quis verò.] Per illum text. dicit Bald. ibi, quod tabellio ad præceptum ſuperioris nolens conficere inſtrumentum impotenti, poteſt priuari officio.

d In c. fi. de dona.] Et hoc not. indecens eſſe, vt contra amicum quis aſſumat officium aduocationis, ſeu procurationis. Et ex hoc etiam dici poteſt vaſallum non poſſe aduocare contra dominum, aliàs tãquam ingratus poſſet feudo priuari.

e Gratuitum beneficium] Ex hoc videtur malè dicere Bar. in l. 2. C. de aduoca. diuerſorum iudicum, qui voluit aduocatum non poſſe patrocinari contra rempubli. à qua recipit ſalarium, per illum tex. quia

vbicunque

vbicunque non est beneficium gratuitum, ibi non incurritur vitium ingratitudinis, & ille textus loquitur in beneficio merè gratuito, de decurione f. i. licet. Et hoc tenet Spec. titu. de aduoc. §. 1. versic. sed nũquid, vnde doctor, qui recipit salarium pro lectura, non recipit beneficium, sed mercedem pro labore, ideo ei non tenetur. Sed pone, quis habet patrem, & patriam, nunquid poterit aduocare pro patre contra patriam? vide Spe. vbi supra, versi. sed quid si pater, vbi conclu. dic in effectu, quod potest, pro hoc. l. pen. ff. de iusti. & iure, & l. 2. C. de aduoc. diuersi. iudi. vbi certæ personæ prohibentur; ergo alijs permittitur. Item concluditur, quod potius quis tenetur adiuuare patrem, quàm patriam, ar. in l. vt vim, ff. de iustit. & iure, vbi prius nominantur parentes, quàm patria. Hoc dicit esse verum, quando pater prætendit iustam causam. Aliàs, si esset rebellis patriæ, debet filius insurgere contra patrem. Vnde, si pater esset bannit⁹, ita quod posset impunè occidi, potest fili⁹ eum impunè occidere, vt l. Minime, & ibi Bart. ff. de reli. & sump. fu. Hæc Pa. in d. ca. fi. de postu.

tenetur, argum. l. idem iuris,[a] ff. ad l. Aqui. Et breuiter tenetur secundũ eundẽ Hos. qualicũque eius vitio perdatur, ar. l. si ideo cõtra emptorem,[b] ff. de euict. Secus, si ex qualitate causæ, vel defectu probationum, quia tunc vitium est materiæ, non artificis. ff. ad l. Aqui. l. si seruus seruum. §. si calicem, de quãta autem vel quali negligẽtia, vel imperitia teneatur, vide infra culpa. §. 5. [c] & 6. multomagis tenetur, si dolo suo cliẽtulus amisit causam, ff. de iudi. l. si filiusfa. l. di. sæpe.

13 Vtrum aduocatus sciẽter defendẽs causam iniustam teneatur ad restitutionem? Rñ. ꝙ vltra mortale peccatũ, qđ commisit, tenetur secundũ Monal. ti. Restitutio, ad omne, quod amisit ille, contra quem patrocinia præstabat siue per malitiam, siue per pertinaciã, vel falsitatem, & etiam cliẽtulo, si eum decepit dans ei intelligere eum habere causam iustam, quia aliter non litigasset, [d] argum. C. de ad mi. tu. l. non est ignotum.

14 Quid si ignorabat iniustam causam? Resp. quòd si hæc ignorantia prouenit ex culpa sua, vt puta quia non est peritus in iure, aut quia non inquisiuit à clientulo, vt debuit debita merita causæ, credo, quòd similiter teneatur ad restitutionem, nõ solùm illi, contra quem aduocauit, verùm etiam clientulo suo, si aliter non litigasset secundùm modum culpæ, & regulas, de quibus in fra, culpa. §. 5. Si verò præfata ignorantia prouenit ex qualitate negotij, vel falsa informatione, vel mala cliẽtuli, excusatur. Tenetur tamen, eam dimittere [e] post quàm cognoscit iniustitiã causæ. l. rem non nouam. §. patroni, C. de iudic. Et salarium receptum [f] restituere tenetur secundùm Monal. c. aduocatus. Quod credo necessarium, quando ex culpa sua prouenit talis ignorantia: aliàs non credo nisi de consilio, & sic tenet Host. his concordat Thom. 2. 2. q. 71.

15 Vtrum aduocatus possit petere salarium? Resp. ꝙ causa nondum incæpta põt petere, prout vult nisi in casu, vbi alius bonus nõ inueniretur, ar. eorum, quæ no. in l. 1. C. de episc. au. Causa verò incæpta vel finita, vel quando alius bonus non inueniretur, non potest petere nisi moderatum attenta qualitate causæ, laboris, & consuetudine regionis, & idoneitate aduocati vt colligitur. 3. quæstio. 7. §. arcentur. in tex. & in gl. Aduerte

insti. qui, & ex quib. in §. fi. Et vide l. fi. & ibi gloss. & Bartol. ff. de var. & extraor. cog. Tenetur enim sicut iu lex, vt infra, iudex. §. 11. & 22. Et sicut medicus, vt l. illicitas. §. sicuti, ff. de offi præsid. & ff. ad l. Aquil. l. qua actione §. fin. cum l. sequen. ff. locati. l. impuberes. Et hoc verum, quia eo ipso, quod profitetur se aduocatum, & artem exercet, videtur se asserere peritum, igitur sua imperitia ascribitur dolo, & fraudi, & deceptioni, vt. l. 1. & quod ibi not. ff. quod quisque iur. ergo tenetur de dolo, & fraude, vt l. 1. C. de aduo. diuer. iudic.

c Infra, culpa. § 5.] Barol. in l. 1. ff. mandati, dicit quod, si aduocat⁹ dederit malum consilium, non tenetur, nisi quatenus dolo fecit, & dicit de hoc per Specul. titul. de requi. consil. pro hoc, quod vult Paul. de Castro in l. penulti. C. de pactis, quòd sicut arbitrator, qui eligitur, siue arbiter, de consensu partium non tenetur nisi de dolo & lata culpa, vel l. vni. ... §. sicu ... ff si mensor. fal. mo. di. ... debet esse in consultore electo à iudice, in teste, & notario. l. si quando, C. de test. Et l. 1. & ibi Bart. C. de discussio. lib. 10. & Bar. in l. fin. ff. de var. & extraor. cog. Et in similibus. in l. 2. ff. de proxeneticis.

Adde Catechis. in præcep. Non fur. fa c. veroni huius iuncto de satisfa. c. fin. Pet. Vend.

a Arg l. idem iuris] Vbi de medico dicitur, qui perperam medetur, & etiam si debitam non adhibuit diligentiam, vide infra, medicus.

b Ar. l. si ideo contra emptorẽ] Adde Io. Fa. & Ang.

d Litigasset] Concordat sanctus Tho. 2. 2. q. 71. artic. 3. in corpore quæstionis.

e Eam dimittere] tamen aduocatus nõ debet prodere secreta cãe aduersario, vt eũ iuuet secũdũ aliquos.

f Salarium receptum] Vel inducere clientulum

ad

hic, q aduocato, & procuratori non licet facere pactũ de quota litis, neque ẽt de certa quantitate, vel re[a] cum hac conditione, si vincat. q̃a est eadẽ rõ, sicut & de pmissione quotæ litis, q̃ ideo phibita est, nè p fas & nefas intendat ad victoriã causę, vt possit consequi pmissum. Sed qñ simpliciter pmittitur aliquid certũ, siue quantitas, siue res pro mercede, siue vincat, siue pdat, & ẽt si vltra hoc pmittitur aliqd noĩe palmarij, qđ est modicum quid, non magnũ, sic valet pactũ, quia cessat rõ prædictæ prohibitionis in isto casu. Et secundũ hoc cõcor. doc. & glo. in l. sumptus, ff. de pac. & l. 1. in verbo, & si noĩe palmarij, ff. de va. & extraor. cog. & l. si hi, q. C. de postul. & l. itẽ, C. de proc. & l. salariũ, ff. manda. qui multũ intricatè & variè loquuntur. Item no. q aduocat⁹, & procurator nõ põt accipere salariũ, qđ excedat centũ [b] aureos in vna cã. l. 1. §. in honorarijs, ff. de va. & extraor. co. & in gl. 1. d. l. salariũ. Itẽ nõ põt pdicti [c] aliquem cõtractum facere cã incæpta, & nondum finita cũ cliẽtulo. C. de postulã. l. quisquis, & 3. q. 7. §. item si quis.

16 Vtrum salariatus de publico possit aliquid petere ab aliquo particulariter? Resp. Pa. in c. 1. de postu. secundũ Inn. q nõ ab aliquo litigante, sic nec põt salariatus medic⁹ [d] ab aliquo constituto in infirmitate; sed à nõ litigãtib. vel sanis licitè recipiũt, q̃a salaria sunt cõstituta talib. solũ p litigãtibus & ĩfirmis. pbatur in l. antep. C. de pfe. & me. l. 10.

17 Vtrum possit quis aduocare pro vtraque parte? [e] Resp. Spec. in ti. de aduoc. q sic, ar. 45. dist. disciplina, quasi in fi. & ibi gl. extra de postu. præ. bonę memoriæ, el 1. quasi in prin. Quod verum credo in casu dubio, aliàs non, quia quãdiu causa est dubia, potest aduocatus patrocinari sine peccato secundùm Rod.

18 Vtrum aduocat⁹ possit vti deceptione [f] cõtra eũ, qui habet iniustã causam? dic vt infra, bellum. §. 19.

ad cedendum, vel componendum sine aduersarij dãno secũdũ Tho. 2. 2. q. 71. ar. 3. in respõs. ad secũdum.

a Vel re.] scilicet de qua non litigatur, vt dicit Ale. in l. litem C. de procur. licet Ange. in d. l. sumptus, tenuerit cõtrarium, & vide per Moder. in ll. hic alleg.

b Quod excedat centum] Pone, quis dicit, si tu vinces, centum dabo, si perdes, quinq. Et si dicatur, quòd pacta seruari debent, Intellige secundum Alex. in d. l. litem, quãdo illa centum nomine palmarum promittuntur. Sed pone, litigator transigit, nunquid aduocatus totum salarium, habebit? Spe. ti. de salarijs dicit quod si transactum est in fraudem, totum salarium habebit, quia per eum non stetit, quo minus vincat. ff. loca. l. qui operas. Et si per eum non stat, videtur conditio impleta. ff. de re iu. l. in iure ciuili, & sic totum habebit ipse, vel eius hęres. l. post duos, C. de adno. diu iudic. Si vero bona fide, tunc procurator salarium habebit, saltem de æquitate. Sed aduocatus, si cooperatus est ad dictam compositionem, non perdet quicquam.

c Item non possunt prædicti] Ratio est, quia omnia daret propter timorem litis, sicut infirmus timore mortis. l. medicus, ff. de var. cogn.

d Medicus] Vide infra medicus. §. 6. in posti.

e Pro vtraque parte] Quidam tenẽt opinionem Roseti aduocatus. §. 14. & per multa generalia reprehẽditur hoc dictum, & primo quia allegans contraria non auditur. Item quia lites possent fieri immortales, & aperta esset via malitijs. Item quia ex hoc videretur aduocatus præuaricator. Sed his non obstantibus dico non mereri ex his reprehendi, Tum q̃a innititur opinioni Specu. & ipsam limitat. Tum quia loquitur quo ad peccatum. Nam pone, quod quis in causa dubia allegasset coram iudice pro vtraque parte, vt melius iudex sciret discernere, & rectius iudicare, nunquid peccaret? Certè non, quandoquidem iste pro iustiçia pro vtraq; parte patrocinaretur. Sic igitur non esset præuaricator, nec malitijs esset aperta via: Quinimo malitijs obuiaretur. Quod autem dicitur, non est audiendus, procedit in foro cõtentioso. Pone etiam, quod vnus tantùm aduocatus esset bonæ conscientiæ nũquid hoc modo peccaret? Certè non. Imo si multi essent, & communes, qui per apices iuris procederent nonne lites magis prorogarentur? Contra ea, quæ not. in prima cõstitution. C. Et hoc modo citius expedirentur. Sic ergo intelligitur hoc dictum. Item ea, quæ dicuntur a doctoribus allegatis, intelliguntur magis de honestate, vt videtur innuere Gemi. in d. capi. fin. de testi. Nec etiàm Pa. in d. c. olim, el. 2. dicit id, ad quod allegatur, Et multæ allegatiões sunt falsæ, vt videtur. Summa etiam. Ros. nihil allegat. Ideo teneo hanc opi. eo modo, quo declaraui.

f Deceptione] Dic vt per gloss. in ca. cupientes, in principio in versic. malignantium, de elect. Ait enim sic. Per hoc soluitur contrarium de canone. 4. quæ. 4. nullus. vbi habes, quòd reorum est subterfugare opponendo legitimas exceptiones & veras, non autem malitiosas, & falsas, vt hic consueuit dici, quod qui habet ius in principali, cauillationes, & malitias aduersarij potest per alias repellere, & sic posset intelligi capitulo. nullus. Et de hoc. a 3. quæst. 2. Dominus noster. Et ad hoc ar. de simo. c. dilectus. Item illud Nico. de Ly. super Matth. 21. Vbi dicit, q dominus interrogauit Iudæos de baptismo Ioannis nolens eorum interrogationi respondere retundens clauum clauo ostenderet cauillationes aduersariorum cautelis posse repellere. Sed circa ista mouetur

AFFINITAS [a] qd sit & quomodo impediat matrimoniũ. vide infra, matrimoniũ.3.ĩpedimẽto. 15.

AGNATI sunt, qui p virilis sexus personas cognatione coniuncti sunt. Nam in agnatis cognati intelliguntur vt genus in specie, vnde fratres ex eodem patre, Filius fratris, nepos, & huiusmodi agnati sunt. At qui per fœmininum sexum cognatione iungũtur, non agnati, sed naturali ratione cognati sunt, sicut filij sororis, vel amitæ. ff. de leg.tu.l.sunt autem.

ALCHIMIA verum liceat? Respond. Oldra. in consilijs suis [b] tenet, ꝙ sic, dummodo non faciant per artem magicam, [c] vel per aliã legibus odiosam, [d] vt dicit l. vnica. C. de thesau.libro 10. quia tales metallarij sunt, qui labore proprio, & sibi, & rei publicæ commoda comparãt. C.de metal.l. prima. libro 11. Et iura propter publicam vtilitatem, quæ ex eorum officio videtur resultare, fauent eis, nam possunt inuito domino ingredi fundum ad metallum inquirendũ. [e] l.3.& l. quosdam, & ibi not.C.de metal. quod aliàs non licet, dict. l.vnica, [f] & ff.de acquiren. rer.do.l.3.Ratio est, quia, vt dicitur in libro de proprietate rerum in capit. de alchimia, Omnia metalla procedunt ex eodem principio, scilicet ex sulphure, & argento viuo. Sed ex virtute elementorum, quę habent maiorẽ influentiam in vno loco, quàm in alio, in vna minera fit stagnum, in alia argentum. Cum ergo ars imitetur naturam.ff.de adoptio.l.adoptio. Non igitur est peccatum, [g] si per virtutem, quæ est in elementis, aut herbis, alchimistæ de stagno volunt facere argentum, quia cum sit ex eodem principio, & in habentibus symbolum facilior sit transit⁹, insti.quib.mo.tol.ob.§.1. Cum multæ virtutes sint insitæ herbis, & lapidibus. 26.quæst.5.nec mirum, circa medium. [h] Sed his non obstantibus credo, quòd sit illicita ex multis respectibus. [i] tum primò, quia nullus inuenitur, qui habeat veram huiusmodi artem, licet dicatur de multis, sed falsum ex experientia, tum quia videmus, quod cõmuniter ipsam facientes multa consumunt, & a communiter accidendit aurum sophisticatum siue alchimum pro bono, est illicita venditio, maximè quia aliquando impediuntur veræ operationes talis metalli, puta quia lætificat, adiuuat contra quasdam infirmitates, quod non facit aurum alchimum, & cætera. Et vide Bald. in capitul.primo.in penultim.colum.quæ sunt regalia, in vsi.feu.subdit tamen Thom.quod si alchimistæ facerent aurum verum, quod fieri potest, possent sine peccato illud vendere.

...tur dubium, mutuaui tibi centum nullo vidente. Et tu eadem mihi restituisti nullo vidente. Conuenio te, negas te mihi aliquid debere; facio positionem & dico quod iuramento respondeas, an tibi mutuauerim, nunquid siue peccato possis, iurare? Petrus de Ancharan. in d. capitulo cupientes, allegat pro, & contra, & aliter non decidit, sed remittit ad not. in regula, possessor, de reg. iur. in 6. per se. sed Innocent. in d. capit. cupientes, dicit sub dubio forte, quod tali positioni responderere non tenetur, an mutuauerit sibi, vel si iudex arctaret eum ad respondendum purè super mutui positione, posset dicere, Nõ mutuasti mihi aliquid, propter quod sim tibi obligatus, & tunc verum dicit, & aduersarij calumniam repellit. Vide Arch.4 quæstio.4. nullus primo, hæc Gemi.super gloss. prædicta, in ver. malignantium. Item vijs illicitis non est malo obuiandũ, sed licitis, vnde dicitur fraudem non facit, qui fraudem excludit.l cum pater. §.Titio, in fi. de leg. 1.

a Affinitatẽ ex fornicatione cõtractam.S.Syno. Tridenti. restringit 24 c.4.de reformation. matrimon. vide etiam infra cognatio. Petrus Vendramenus.

b Consilijs suis] Consil.68.refert Pan.in capitul.1. circa fin.de sortile.

c Magicam] Vt C. de mathemati. per totum, maximè in l.eorum, cum duabus seq.

d Legibus odiosam] Adde. C. de paga. per totum.

e Ad metallum inquirendum] Dummodo faciat absque damno.

f D.l.vnica.] C.de thesau. libro. 10.versicul. planè. Et inuito domino nullus ingredi potest fundum nõ suum ad quærendum thesaurum, sed secus in faciendo metallum, & marmora. Ratio, quia hoc pertinet ad publicam vtilitatem, & cum magno labore, primum vero ad priuatam, & cum paruo labore vide gloss. & Bartol. in d.l.3.& quasdam. Et Ioann. Andreas in add. ad Spec titul. de crim. fal. arguit pro, & contra, Et tandem concludit vt hic per Oldra.

g Non est peccatum] Certè de plumbo poterit argentum fieri, & sic de singulis, & sic nullũ erit peccatum.

h Circa medium] Insunt enim reb.corporeis per omnia elementa quædam occultæ seminariæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis, atque causalis prorumpunt in species debitas.

i Ex multis respectibus] Sanctus Thom. [illegible] quæst. [illegible] artic. in respon ad primum ar. dicit, ꝙ aurum, & argentum non solum est vtile propter vasa &c. sed etiã quia habent materiam valde puram; vnde qui vẽ

tibus est standum. [a] vnde de ipsis dicitur & ad Tim. tertio, & dicto capitu. nec mirum, Semper addiscentes, & nunquam ad veritatis scientiam peruenientes; experientias multas faciunt, & nunquam ad perfectum attingunt, tempus vitamque consumunt; nec id quod operantur, habet veritatem cum auro, vel argento, sed solùm apparentiam, ideo semper sunt condemnandi alchimistæ. Et hoc euidenter probatur, quia nemo in publico eam vult facere, vt appareat, quod malè agunt, quia odiunt lucem. Et si aliquando aliquid veri faciunt, aut fit cũ damno computatis expensis, vel ex aliqua deceptione imponendo aurum verum, vel aliqua diabolica fallacia, quæ, vt eos attendere faciat huiusmodi, facit eis verum aurum ex appositione auri veri occultè aliquando. Cum ergo sit tale exercitium contra vtilitatem publicam, vt patet ex consumptione rerum, & quia vt communiter faciunt ex his monetam falsam, ideo simpliciter sunt condemnandi eam facientes. [b]

ALEA, [c] vide [d] infra, ludus. §. 3. cum sequentibus.

ALIENATIO quid dicitur? Respon. quòd propriè & strictè est omnis actus, per quem trãsfertur dominium, dicit text. C. de fun. do. l. 1. & l. alienationis verbum, ff. de verbo. oblig. secundùm gloss. in c. nulli liceat, de rebus eccle. non alienan. & eam sequuntur Docto. ibidem. Largissimè autem alienatio dicitur datio in emphyteusim, & locatio ad longum tempus, vt voluit Iac. de Belui. in authen. de non alienan. §. quia verò, etiam quando sola possessio in aliũ transfertur, vt not. Innocen. de reb. eccle. non alienan. ca. episcopi, & Alber. in authenti. hoc ius porrectum, C. de sacrosan. eccle. sed contra videtur text. in d. c. nulli licet, vbi dicit, Alienationis autẽ verbum continet conditionem, scilicet vendere sub conditione, Alij habent conductionem ad longum tempus, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteusim, ac perpetuum contractum; hæc tex. sed verbum, Cõtinet, denotat propriam naturam vocabuli, vt dicit Barto. in l. affinitates, aliàs incipit. l. cui eorum, ff. de posth. §. Item Pomponius, vbi dicit se damnasse glos. in l. Gallus. §. instituens, ff. de liberis, & posthumis. Et sic consuluisse, quòd vbi text. dicit, quod tutela solùm [e] veniat matri & auiæ, quòd etiam propriè venit proauus, & nomine nurus venit pronurus, & nomine filij venit nepos, & pronepos, [f] nisi addatur aliquid, quod faciat determinatio-

a Est standum] l. nam ad ea. ff. de leg.

b Facientes] Quidam tenet contra hanc conclusionem, eò quia alchimistæ possunt veram artem inuenire. Item quia Docto. communiter hoc tenent, sed malè dicit, quia hic non negatur absolutio alchimistis, vt ipse sibi imponit. Itẽ quia fatetur esse veram artem, sed bene eã dissuadet efficacissimè per rationes fundatissimas, vt patet in litera. Nec ignorabat doctores auctor noster, quando quidem & ipsos adduxit. Nõ valet etiam ratio, qua dicit, quod possunt inuenire veram artẽ, quoniam hoc de facili non potest fieri, & vt plurimum homines decipiuntur. Et hoc est contra publicam vtilitatem, iuxta not. in l. 1. ff. soluto matrimonio.

c Aleas fugere clerici debent. Conci. Trid. sess. 22. c. 1. de refor. m. 2. P. V.

d Alea] Aleator dicitur, qui ludum aleæ causa sui emolumenti exercere consueuit in eius domo, sicut dicitur in l. 1. in caupon. l. 1. §. si caupones, ff. nautæ, caup. stab. & in l. 1. ff. quarum rerum act. non da. Azo. in sum. C. de reli. & sump. fun. versic. Aleator, & glo. in l. 1. in priu. ff. de Alea. vbi dicit Bal. quod aleator est vilis persona. Quod verum est, quando ex assuetudine apparet eum ludere, quia si incidenter, non dicitur propriè aleator, secundùm Azo. vbi supra. Et dicit Iac. de Are. in d. l. 1. in glo. quòd si scholaris recipiebat lusores in domo sua, & pecuniam pro candela recipiebat, quod dicitur aleator, ar. d. l. primæ in fin. Et verum est, etiam si gratis. Et hoc odio talis ludi.

e Quod tutela soluui.] Aut matri & auiæ, C. quando mul. off. tu. fun. Licèt enim loquatur de auia, tamen intelligitur etiã proauia, & est communis opi. licet Pau. de Castro. & Ang. tenuerint contrarium.

f Venit nepos, & pronepos] Vult Barto. vbi supra, quod pronepos, & ab nepos, quilibet sit verè nepos, & quod præpositio; Pro, vel, Ab, solùm addit, vt vnus discernatur ab altero, & sic vult, quod præpositio non significet improprietatem. Istud reprehendit per multa fundamẽta Aret. in d. §. instituens. Tu verò dic, quod de proprietate sermonis appellatiõe nepotis nõ veniat pronepos nisi per extensionem. Hoc patet per tex. per Bar. allegatum in l. nurus, ff. de ver. signifi. vbi dicit iuriscon. quod nurus appellatio porrigenda est ad pronurum. Pondera verbũ, Porrigenda. ergo est per extensionem non de proprietate vocabuli. Ad idem pondero text. in § prætor, quod si aliquis vocauerit in ius parentem, aut nurum,

nem ad certã personam. [a] ita limitat Bar. in d. §. instituens, & not. idem in l. liberorum, ff. de verbo. signific. Pa. in d. c. nulli [b] liceat, dicit, quòd in materia fauorabili, & larga, vt in d. ca. nulli, est verum, sed in materia odiosa non venit nisi, quod dixi, contractus, per quem transfertur dominium. propterea in rebus ecclesię aliena. accipitur alienatio, vt in d c. nulli, secundùm glo ibidem.

1 Alienatio de fratre ad sororem non est [c] secundũ Monal. eo. ti. allegat. C. de fideicom. l. voluntas.

2 Quę requirantur [d] in alienatione rei ecclesiasticæ, Res. Pa. in c. cum apostolica, de his quæ fi. à prælat. quòd. v. Primò tractat, [e] scilicet an expediat, vel non. Secundò consensus [f] capituli. Tertiò quòd fiat pro vtilitate ecclesiæ. Quartò autoritas superioris. Quintò subscriptio, [g] & hæc ponit in cap. tua, de his quę fi. a pręla. & in capitul. 1. eo. tit. & capit. nulli, de reb. eccle. non alien.

3 Vtrum subscriptio requiratur necessariò? Rñ. Panor. in c. 1. de his, quæ fil. a præla. ꝙ Inno. dat vnam regulam, quòd nunquã requiratur subscriptio nisi in casibus à iure expressis, ratio quia regulariter in qualibet dispositione sufficit cõsensus, nec requiritur scriptura. l. pactũ, C. de pac. vide gl. in c. 1. de censi. li. 6. Et ideò venditionem, permutationẽ, & donationẽ pręlatus facere nõ potest nisi de cõsensu capituli, & subscriptione canonicorum. Albe. in d. auth. hoc ius, tenet, ꝙ subscriptio in alienatione rei ecclesiasticæ regulariter non est necessaria nisi in tribus casibus prædictis. s. venditione, permutatione, & donatione, vt in d. c tua, & in casib. no. per Arc. in c. sine exceptione. 12. q. 2.

4 Quæ sunt [g] causæ legitimę alienationis rerum ecclesiasticarũ? Res. Pa. in d. c. nulli liceat ꝙ sũt quatuor. Prima necessitas, si debita vrgent, & ecclesia non potest satisfacere de fructib. Secũda vtilitas, s. vt habeat rem meliorem; & ista ponũtur in aut. hoc ius, C. de sa. san. ecc. & 10. q. 2. hoc ius. Tertia pietas. 12. q. 2. aurũ, & ca. sacrorum. Quarta incommoditas, vt quia res est magis damnosa, quàm vtilis ecclesiæ, vt in c. terrulas. 12. q. 2. & plenè in glos. summæ.

5 Vtrum omnis alienatio rei ecclesiasticæ sit prohibita sine præfata solennitate, vel aliqua de p̃fatis causis? Res. ſm doc. i c. nulli liceat ꝙ nõ, sed immobiliũ. Et nomine ĩmobiliũ rerũ cõprehẽdunt ea, quę seruãdo ser[h]

rum, quibus satisdatio sufficeret, Quęrit tex. in l. §. nurum, quid etiam si vocaret pronurum? dicit text. quòd continetur. Si ergo appellatione nurus de propria significatione vocabuli continetur pronurus, superflua esset illa adiectio in dicto §. nurum. nec ibi tex. loquitur de certa persona, quia loquitur in genere. ergo intelligitur, quod cõtinetur extensiuè.

a Ad certã personam] Vt si dicat, instituo talem nepotem, secus, si generaliter loquatur. Exemplum, vt si dico, instituo Titium filium meũ tunc non venit nepos. vel si dico, instituo Sempronium nepotem meum, non venit pronepos.

b Pa. in d. c. nulli] Exemplum, Titius prohibetur alienare &c. in materia fauorabili, vt in personis, quæ non possent, prohibitæ ratione personæ, sed rerum. In materia stricta erit in personis, quæ sunt prohibitæ, vt in minori, prodigo &c. & ista exempla patent in l. fin. C. de re. alie. non alienan. vide eam.

c Non est] Intellige, quando subest eadem ratio, puta quia testator prohibuit, nè res extra familiã iret.

d Quæ requirãtur] Panormi. facit mentionem de quatuor. Nã de autoritate superioris nihil dicit, nisi intelligatur per consensum episcopi, quando capitulum vult alienare, sed tu dic. Ex quo hodie prelati iurant non alienare sine consensu Papæ requiritur eius autoritas, de quo dic, vt per Pa. in c. vt super, de reb. eccle. non alie. & per Arch in c. sine exceptione. 7. q. 1. Hodie prouisum est per extrauagantem. Pauli ij. vide infra excommunicatio, septimo, casu vltimo.

e Tractatus] Inter prælatum, & capitulum, & requirit quandam discussionem & indaginẽ circa rẽ disponendam in futurum, & non deliberatũ consensum; probat per text. in d. ca. Tua, iuncta gl. qui ponit tractatum, & consensum, vt diuersa. Nam discutitur si potest aliter ecclesiæ subueniri, quã per alienationem; & si non, si vna res sit magis alienãda, quàm alia, & sic peruenit ad alienationem, in qua cõsensus [illegible] statur. Quod est notandũ pro statutis, quæ condẽnant aliquos pro tractatu de aliqua re, quia dicuntur tractasse, licèt actũ non perfecerint. Et vnicus requiritur tractatus solennis, & diligẽs & non tres, & hoc tenet communiter Docto. & vide tex. cum glo. in c. 1. de re. eccle. non elien. in 6. Et de forma tractat[9] Specu. titu. de loca. §. sequitur, ver. scias.

f Cõsensus] Intellige de expresso. Vnde super alienatione perpetua nõ sufficeret tacitus. d. ca. 1. de re. eccl. non alien. lib. 6.

g Subscriptio] .i. canonici post consensum debent se subscribere.

h Alienare quæ non liceat clerico, Concil. Trident. sess. 22. cap. 2. de reform. Pet. Vend.

f. Tu-

vari pñt. facit l.tutores, a la 2.C.de admi.tu.& c.tua, de his q̃ fi.a præl. Sed Alb. in d.auth.hoc ius, tenet, ꝙ mobilia, quæ ẽt seruari pñt alienari pñt sine pdicta solennitate, vt oues &c. nisi sint ad diuinum cultum deputatæ; tũc quia seruabitur auth.præterea, C.de sa san. eccl.l.vt non vendantur nisi pro necessitate, & vtilitate, vt placet.

6 Vtrũ pecunia sit de his, quæ seruando seruari pñt? Rñ. Pa.in d.c. nulli liceat, ꝙ non, quia retenta nihil operatur. 78.di.eijciens, & no.in l.cum plures, in fi.ff. de admi.tuto. vbi tutor debet pecuniã pupilli ponere in emptione prædiorum b Qđ verũ credo nisi in duobus casib⁹. Primò, qñ pecunia ecclesię esset deputata ad emẽda bona immobilia, qa tunc iudicatur bonum immobile, nec posset mutari; tex.est singu.& ibi Bal.& Lud.de Ro.in l.3.§.vsuras, ver.quid ergo. c ff. de contra.iud.tu.& vti.actione.& per hoc tenuit Alb. q.24.in 2.parte statutorum, ꝙ qñ statuto cauetur, ꝙ mulier lucretur dimidiam partem bonorum immobilium mariti decedentis sine liberis, quod lucrabitur partẽ pecunię deputatę ad bona immobilia emenda, quia illa pecunia iudicabitur, vt immobilis, sed Bal.est contrarius in l.cętera §.fi.ff.de le. 1.& allegat mirabilem tex. in l.cum in funde.§. si fundus, d ff.de iu.dot.Et illud credo verum quòad dictũ statutum, quia iura adducta per Albe.ff.de hære.in fi.l.ex facto. §.planè, la 2. loquũtur in actu fauorabili vltimæ volũtatis. e Similiter & Cle.nè Romani, de ele. loquitur in fauorẽ ecclesiæ. Et cũ præfatũ statutũ sit contra cõem dispositionem iuris. ergo illa iura ad hoc non debẽt allegari. similiter l.& si non sunt, ff. de aur.& arg.leg.§.quid ergo, ponit casum, vbi argentum cœptũ fabricari habetur pro facto, & non pro infecto fauore vltimæ voluntatis. Secundus casus est, quãdo pecunia esset in magna quantitate.facit.c.licèt Heli, de simo. vbi accusatẽ prælatus, ꝙ malè expendit non modicam pecuniã; ergo non potest ea vti sicut fructibus, secus, si esset modica quantitas.Et sic limito dictum Pa. f & ita intelligas in d.c.nulli.

7 Quid est illud, quod seruando seruari potest? Rñ. sm Ang.in §.& quia parũ, in auth.de nu.ꝙ dicitur ẽe illud, quod non corrumpitur triennio; & est gl. sing. in l.vnica. C. si aduer. vsu. Hoc limito, quando tale, quod seruatur, põt producere fructum sic seruatũ; g aliàs non, ar.l.1.§.fuit quæsitũ, ff.ad Treb & ita intellige gl.in d.§.fuit quæsitũ, & facit tex in l.Arist.§.fi.cũ l.seq.ff.de iu.delib. & sic q̃ vsu consumuntur, nõ sunt de illis, quæ seruando seruari possunt. Fallit in pecunia, vt dictum est, quia est casus specialis.

8 Vtrũ iura, actiones, & nomina debitorũ censeantur mobilia, vel immobilia? Rñ.Pan.in d.c.nulli, ꝙ non propriè, quia mobile, & immobile clauditur ali-

a L.tutores]Ea quæ seruando seruari possunt, sunt i auro &c. & dic vt infra. §.7.sed in d l tutores, dicitur, Tutor, & curator post inuentarium debent mobilia, quæ seruantur, in tuto collocare, & ex pecunijs, si possunt, prædia emere.

b In emptione prædiorũ] Vel in mercãtia, quę non posset, si cõputaretur inter ea, quæ seruando seruari possunt. nõ obstat, si dicatur, quòd pecunia põt seruari seruando. Respondet, non potest seruari vt afferat vtili atẽ secundum vsum ad quem est destinata. Et ex his infert Pa.in d.c. nulli, ꝙ ad solũ prælatu spectat dispositio de pecunia ecclesiæ, sicut de fructib⁹ vt in Clem.1.de re. ec. non alie. &c. Et dicãs de specialibus pecuniæ, vt in l.singularia, ff.si cer. petat.

c Versi. quid ergo]Et est ibi talis casus, Tutor expendit pecuniam pro pupillo, ex quo currunt sibi vsuræ. Quæritur, nunquid dum est tutor tantùm, vsuræ sibi debeãtur an etiã finita tutela? Dicendum ꝙ sic, & get cõtrario iud.cio tutelæ, quia pecunia sua nõ debet sibi esse ociosa. Quod verum est dicit tex. si erãt in facultate pupilli aliquid, de quo posset sibi satisfieri, quid ergo, si illæ erãt deputatæ ad emptionem prędiorum, dicitur ꝙ si non impetrauit a prætore, ꝙ promat pecunia sibi est imputandũ. Et sic apparet manifestè, ꝙ illa pecunia inter immobilia cõputabatur, ex quo sine prætore distrahi non poterat, & de ea fieri solutio. qñ quidem nec res minorũ immobiles sine autoritate, & decreto prætoris possũt vendi, to.ti ff.de re.eo. & Bar.no. ibi. ꝙ Tusci non sinunt pecunias suas esse ociosas. Sed bñ Lombardi, qa seruãt eas p dijs suis.

d §.si fun]Vbi est cas⁹, ꝙ si cõis fundus datus sit in dotem, & soci⁹ egerit cõi. diui.cũ marito. Et tunc si adiudicatus fuerit socio, vel extraneo, pecunia erit in dote, non tñ vt vice corporis. i. tanquam immobilis habeatur.

e Vltima volũtatis]Fauore ergo ecclesiæ, vel vltimæ voluntatis pecunia habetur pro re imobili, secus generaliter loquẽdo.

f Limito dictũ Pa.]qui dicebat solum prælatum posse disponere de pecunia sicut de fruc.Cle.1.de re.ec.non alie.

g Sic seruatum]

Vult dicere, ꝙ ea, quæ vsu consumuntur, & si durent tunc modo, non tamen debent computari inter ea, quæ seruando seruari possunt, vt vestes &c.

a Aliquo termino], i. certo loco. nam immobile dicitur, quod non potest à loco moueri, immobile verò, quod secundum naturã suã aptum est moueri.

tractatus, & consensus capituli. Et Pan. in c. 1. de his quæ fi. a præla. ponit rationem diuersitatis, quia vbi eps est autor, videtur solus, & singularis in alienatione rerum, vnde meritò debet habere consensum sui capituli, nè per eum dissipentur bona ecclesię inferioris, secus in alio casu; intelli ge, quando ipse vult alienare bona ecclesiæ inferioris, debet habere consilium ecclesiæ cathedralis, quia primo casu requiritur tractatus, quando est autorizans nõ requiritur. Et ꝓ hoc facie quod nota. Ioan. And. in addit. Specu. de cleric. ægrot. in rubrica, vbi vult in actibus capituli non requiri tractatus, nisi in casibus a iure expressis. Et facit text in cap. 2. de reb. eccle. non alie. in 6. Sed de quo tractatu intelligatur hic, an scilicet ecclesiæ cathedralis? an clericorum illius ecclesiæ inferioris? Dic quòd si ecclesia inferior habet capitulum, eius sufficit consensus, & nõ requiritur consensus capituli ecclesiæ cathedralis. Et hoc tenet Innocent. in d. capit. 2. licèt do. Ant. ibi aliter dixerit.

quo termino,[a] vt l. mouentium, ff. de verb. sig. Et ideò cũ sint qd incorporale, sũt in tertia specie, vt patet in l. à diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iud. Ideò cõsuluit Old. ꝙ si princeps relinqt bona mobilia distribuenda,[b] non veniũt pęnæ non dũ exactæ. Vnũ tamen notabis, ꝙ si quis volens cõprehendere totum patrimonium suum, facit solũ mentionem de mobilibus & immobilibus, tunc iura, actiones, & nomina debitorum sunt immobilia, si adhærẽt immobilibus,[c] Si verò adhærent mobilibus sunt mobilia. Et idem de annuis redditibus. Et sic limita Clem. exiui. §. cum annui reditus, de ver. sig. facit gl. in c. 2. de reb. ec. non alie. li. 6. Alienari tamen non pñt sine debita solennitate, & cã, quia seruando seruari possunt, quanuis Din. vt no. Alber. in d. authen.[d] hoc ius, consuluerit posse alienari, qđ posset teneri post factũ, vel etiã ante ex magna causa.

9 Vtrum mobilia precio sa ecclesiæ censeantur immobilia? Resp. quòd sic, vt colligitur ex l. lex quæ tutores, C. de admi. tut. & ex gl. in c. episcopus, qui mancipium. 12. q. . simul iunctis. Idẽ tenet Pa. in dict. c. tua, de his, quę fiũt [e] a pla.

10 Vtrum præfata forma requiratur in oĩ alienatione rerũ immobiliũ ecclesiarum? Respon. Pan. vt refert Geminia in c. 1. de reb. eccle. non alienan. lib. 6. quasi in fi. quòd tractatus non requiritur nisi in ecclesijs cathedratibus, non in ecclesijs ĩferiorib. sed sufficit cõsensꝰ superioris. [f] Sed ego credo verũ dictũ Pa. qñ ecclesiæ inferiores non habẽt capitulũ, aliàs, non. ar. Cle. 1. de reb. ecc. non ali. causa aũt legitima. s. vt necessitas vel vtilitas semper requiritur, vt in d. Cle. 1. Et licèt non dicat nisi de necessitate vel vtilitate etiã fieri põt ꝓ pietate. Rõ, qa vbicunq; statutũ, vel constitutio loquitur ĩ materia iuris, [g] & aliquos casus excipit, non per hoc firmat regulam in non enumeratis contra ius commune antiquũ, quinimo in casibꝰ non exceptis suppletur a iure communi facit c. ad audientiam, cum ibi no. de cle. non resi. facit gl. & Bar. ĩ l. serui, ff. de vsu ca. vbi no. volunt, ꝙ si vnũ ius ponit regulam, & excipit aliquos casus cũ dictione taxatiua, quòd nihilominus excipiuntur alij casus, qui reperiuntur à iure excepti in alia parte iuris facit c. quoniam frequenter, iuncta gloss. 1. responso,

b D. stribuenda] In pios vsus. Et dicit Pa. se aliter consuluisse aliàs supra.

c Si adhęrent immobilibus] Hoc in effectu vult Bart. in l. potest pupillus, ff. de auto tut.

d Alberic. in d. aut.] & ibi dicit esse notabilẽ gl. quæ vult, quòd censeãtur immobilia quò ad solennitatem seruandam non tñ ꝙ seruitutes cõputãtur inter immobilia, licèt sint iura icorporalia. Vide gl. in ca. 2. de rebus ecc cle. non alie. li. 6. in ver. iura.

e De his q̃ fiũt] Idem tenet glos. in c si de cle ęgr. lib. 6. ve limita hoc esse verum quò ad alienationem. Vnde & ille, qui solum prohibetur alienare immobilia cum dictione taxatiua, non prohibetur alienare mobilia preciosa, sicut dicit gl. & ibi Gemi. in c. is cui, de electio. lib. 6. vbi dicitur, ꝙ habens iurisdictionẽ & liberã administrationẽ a Papa in spiritualibus & temporalibꝰ potest omnia exercere, excepta alienatione immobilium duntaxat gl. exponit ibi, puto quòd immobilia & preciosa possit in casu licito alienare, & in casu permisso.

f Consensus superioris] Si eps est autorizans tũ secus, si est principalis alienans, quia tunc requiritur

g In materia iuris] Nam de iure non residentes priuãtur fructibus, & excipiuntur infirmi, & existentes in seruitio Papæ.

Statutum autem, de quo in d. c. ad audientiã, solũ excludebat existentes in seruitio Papæ, & tñ intelliguntur excepti ẽt existentes in seruitio epi. sed sic est in ꝓposito nño. Nã duæ tñ exprimunt causę, quibꝰ possunt alienari res ecclesiæ, s. vtilitas, & necessitas: an

igitur

igitur videatur regula firmata, scilicet ꝙ non liceat alicui alienare &c. Dic ꝙ non, quia admittitur etiã alia causa expressa in alio canone, sci licet pia, vt in c. sacrorum, & in c. gloria episcopi, & in ca. aurum. 12. quæstione secunda.

f Licentia] Vide Pan. in c 1. de eccle. ædifi.
g Sub quibus sunt] vide Bar. in aut. hoc ius porrectum, C. de fac. san. ecc. Qui idem tenet, & Bal. ibidẽ.
h Abbates] Maximè vt dicit Io. An. quia habent iurisdictionem episcopalem, vel quasi; & hoc communiter seruatur.

vt lit. non contesta. [a] facit glo. in l. 1. C. de condi. inde bi. quæ vr̃ velle, ꝙ excepto vno casu a regula videtur excipi omnes similes. Satis est. n vnum positum exempli gratia, ar. l. non possunt, de legi. c. translato, de consti. Et quod dicitur, ꝙ exceptio firmat regulam in non exceptis, vt in c. dominus. 32. q. 7. & in c. quoniam, de con. lepr. vbi dicit domin⁹, Non licet dimittere vxorẽ excepta cã fornicationis, debet intelligi, ꝙ firmat regulam in casibus non similibus, & non specificè exceptis. facit. l. 1. §. denique, ff. quod vi aut clã. c. cum dilecta, de confir. vti. distingue tamen, ꝙ si casus consimiles non excipiuntur specificè alibi, tunc in materia fauorabili extenditur, & pia per identitatem rationis, vt sentit glo. in l. illud, C. de [b] sacr. san. eccl. Secus in materia restringibili, [c] vt no. in l. 2. C. de pa. qui fi. di. [d] vide qđ no. in c. inter alia, de immu. ec. & d. c. cum dilecta, & d. c. quoniã, quod no. quia facit ad multa.

11 Quid si eṗs non hẽt capitulum, quia ecclesia est destructa propter guerras, & huiusmodi? Rñ. Pa. in c. 1. de his, quæ fi. a præla. dicunt docto. quod loco canonicorũ aduocet aliquos clericos honestos, arg. 65. di. si forte, & l. vbi absunt, [e]

a Vt lit. non cõte.] Papa ibi ponit regulam, ꝙ ante litis cõtestationem non debent recipi teste; sed dicit ꝙ in casibus ibi enumeratis, vt in causa matrimoniali, & spirituali, electione. s. vt quando testes sunt senes valetudinarij, & de eius morte timetur. glo. etiã ponit multos alios, & etiam ibidem Pan.

b L. illud, C. de sac. san: eccle.] Nã dicit ibi imperator, ꝙ donatio vsq; ad quingentos solidos valet sine insinuatione, ad aliquos pios vsus ibi enumeratos. dicit glos. & ad similes. Et dum text. dicit nulla alia causa, verũ est, si non esset similis.

c Materia restringibili] Idẽ, quãdo statutum contra ius disponit. nam non extenditur ad casus consimiles, sed relinquitur casus ille dispositioni iuris cõmunis, arg. in l. commodissimè, ff. de lib. & posthu. i c. susceptũ, de rescri. in 6. Et in l. materia, de iureiur. &c.

d l. 2. C. de pa. qui fil. dis.] Nã pater nõ potest vendere filiũ ni si ob famem, quia sumus in materia stricta.

e l. vbi absunt] Vide ibi Bar. multa in simili dicentem, & ibi Alex. in apostillis.

ff. de tuto. & cu. da. ab his, & 17. q. 4. nullus res. Et hoc est vtile seruare et ĩ alienatione ecclesiæ inferioris.

12 Vtrum necessitate occurrente, quę non patitur, vt habeantur recursus ad superiorem, licitè possit fieri alienatio sine eiusdem, superioris licentia? [f] vide infra, Iuramentum. quarto. §. primo.

13 Quis dicitur superior vt pro licentia ad ipsum recurratur in causa alienationis rei ecclesiasticæ? Resp. quòd in non exemptis est episcopus proprius. In exẽptis est prælatus ipsorum, sub quibus sunt, [g] vel Abbates [h] in ecclesijs sibi subiectis. Ministri minorum quò ad monasteria sanctæ Claræ, & prouinciales prædicatorum quò ad sua monasteria. ita elicitur ex no. in dicto capitulo primo. Clementin. prim. per Card. in capitulo. statuimus, de transact [i]

14 Vtrum recipiens rem ecclesiæ sine obseruatione solennitatis teneatur eam restituere? Respõ. ꝙ sic ẽm Mo. titu. de alie. etiam cum fructibus, nec põt repetere precium ab ecclesia. 12. q. 2. nõ liceat. 10. q. 2. hoc ius. §. qui verò, in authen. de nõ alienan. §. 1. Limita hoc verum, quòd non repetit precium ab ecclesia, nisi conuersum fuisset in vtilita-

i Transactionibus] Nam habemus, ꝙ in subditis episcopi requiritur consensus episcopi, in subditis archiepiscopi requiritur eius. quid requiritur in ista alienatione quò ad cõsensum superioris? Rñ. secundũ Innoc. in d. c. statuim⁹, de transa. ꝙ requiritur causę cognitio, vt sic superior examinet, an talis alienatio sit expediẽs ecclesiæ; aliàs alienatio facta sine causę cognitione non tenet de rebus immobilibus. Et idem tenet Innocẽ. in c. vnico, vt ecclesiastica benefic. in si. & facit. 12. q. 2. sine exceptione. Et glos. or. in c. 1. de re. eccl. non alie. li. 6. Sed non decretum ipsius episcopi respectu subditorum suorum, vt tenet Innocen. in d. c. 1. lib. 6. & & glo. ibidem. Vnde sufficit consensus seu autoritas licèt Innoc. in d. c. statuimus, dicat cõtra, sed malè, vt ibi p Pan. & in c. 1. de re. eccle. non alien. Et no. quòd differẽtia est inter decretum, autoritatem, & consensum, seu collaudationẽ. Nã decretũ est snĩa, qua iudex cõtractũ futurũ iustũ fore decernit, autoritatẽ suã interponẽdo vel aliquẽ ĩ possessionẽ mittẽdo, vel mittẽdũ declarando.

tem ecclesiæ, [a] ar.c.1.de deposito. Do & aliam limitationem secūdùm do. Ant. ꝙ quando causa legitima fuit alienationis, licèt non sit seruata forma, non tenetur in conscientia, quia solennitates adinuentæ sunt ad euitādū deceptiones. Et ideò quando deceptio non subest, & fuit cā legitima alienandi, non tenetur restituere in conscientia, [b] qđ bene no. recitat Pa. in c. qa plerique, de im. eccl. & est æquissimum.

15 Vtrū ꝑlat⁹ ecclesiæ possit renunciare exceptioni cōpetenti ecclesiæ, aut trāsigere euidēter in damnū ecclesiæ? Rñ. Pan. in c.1. de depo. ꝙ non ſm Inn. ibid. nisi ex speciali concessione Papæ. facit l. prę̨ses. [c] C. de trāsa. & l. cōtra iuris ciuilis regulas, [d] ff. de pact. Ex quo infertur, ꝙ non pōt cedere liti & causæ, aut transigere nisi sit causa euidens, & debita solēnitas, si actio sit ad rem immobilem iuxta no. in c. nulli liceat, de reb. eccle. non alien. Si verò sit ad rem mobilem, sic potest, vt no. gl. in auth. de non alien. §.1. in ver. memoranda. Et hoc est verius per l. cū hi. §. si cum lis, [e] ff. de transa. & l. non solùm, C. de præ. mi. quāuis aliq teneāt indistinctè, ꝙ transigere potest, vt no. Albe. in d. auth. hoc ius.

4 Quid si vnus baptizans diceret, Nos te baptizam⁹? Rñ. S. Bona. in 4. di. 3. quod esset baptismus, quia coiter dicimus, nos. Et hoc verū, nisi intenderet alium sensum inducere, quia tunc nō esset baptism⁹. vnde tenet Sco. in 4 dist. 6. quod si plures baptizando dicerent, nos baptizamus &c. quod non esset baptismus, quia nō repræsentant Christū, qui est vnus, sed Bo. intendit dicere, quod est baptism⁹, qñ pro, Nos, intendit dicere, Ego, sicut faciunt domini.

5 Quid si quis diceret in plurali, Ego vos baptizo? Rñ. Pe. Au. vbi supra, quod solus dēt baptizari, & in singulari. Et faciēs contrariū, grauiter peccat, nisi necessitas c subesset, quia tunc liceret, d vt fecerūt apostoli.

vbi prouincia. Itē non emittet tantū scandalum secundum Hostien. sic concludunt Innoc. & Hostien. quod ecclesia Roma. debet quantum potest, sine tamen violatione fidei, tolerare ritus & cōsuetud. nes aliarum prouinciarum, vt Græcorum, & aliorum Christianorum

6 Quid si omittatur, In? Rñ. Gualdensis, quod non est baptismus.

7 Vtrū possit dicere, In noībus patris, & filij &c. Rñ. Pe. Aur. vbi s. quod non, sed in singulari, s. in nomine patris, &c. quod idem est, ac si diceret, In virtute sanctę Trinitatis, s. patris, & filij, &c.

8 Quid si dicatur, ego te baptizo ī nomine Christi? e Rñ. qui supra, quod non esset baptizatus, licet dispensatū fuerit apostolis ad gloriam nominis Christi. Glō. tamen in c. a quodam, de conse. dist. 4. tenet, quod sit baptizatus per dictum. c. Ego credo in dubio iterum baptizādum f secundùm modum, vt infra, Baptismus. 4. §. 8.

9 Vtrū sit baptizatus, si dicatur, In nomine Trinitatis? Rñ. quod nō sm gl. in d. c. quodā. facit. c. multi, ibi. g

10 Quid si dicatur, In nomine genitoris, & geniti, &c. Rñ. qui supra, & communiter theologi, quod nihil fit, quia ista nomina patris, & filij magis nominant hypostases, quàm genitor, & genitus. Gof. & Ioan. in d. c. multi, tenent quod sit baptizatus, sed primum verius. & ideo in dubio est baptizandus iterum.

vt scilicet redeant ad fidem integrā. Et istis rationibus Papa sustinet Græcos sacerdotes ī mundo, vt in ca. cū olim, de cle. coniug. & in ca. Nicena. 31 dist. Item iudæos, & paganos contra henricum secūdo gradu, vt in cap. gaudemus de di uor. Et sic bene & singulariter no. quod constitutio Papæ non extenditur ad alios habentes consuetudinem contrariā. pro hoc vide bonam gl. in c. 1. in fi. 11. di. Hæc Pa. in d. c. 1. eo. ti. Et gl. in d. c. a quodam, dicit, Quod tamen non deberet fieri &c. ad istum. §. addo Tho. in 4. di. 3 dicentem quod in nomine Christi intelligitur tota trinitas. Implicitè tñ, & remotè, secundū Bona. ibid. in q. circa literam, & sic non intelligitur mutata forma quantum ad intellectum, sed solum quantum ad vocem. Nec tamen potuisset hoc apostoli nisi familiari consilio spirit⁹ sancti Et fuit rō, vt nomē Xpi amabile redderetur. Et Panormita. vbi supra quæstione. fin.
f Iterū baptiz.] Hęc ē sñia Sco. ī 4. di. 3. q. 2. ar. 3 ī fi.
g Ibidem] Et ista iura hic allegata exponit gl. Trinitatis, s. explicitę, i. in nomine patris, & filij, & spūs sancti. &c. & idem tenet Tho. in 4. distinc. 3. Et facit tex. in l. quæ extrinsecus, cum ibi notā. de ver oblig.

Nam

11 Quid si nõ dicatur copulatiua,&?Resp.Inn.in d. c.1.ꝙ valeret,si poneretur loco eius, que: qa nulla est differentia inter has copulatiuas,&,que:aliàs non valeret.

12 Sed quęro,vtrum sit de necessitate,quòd proferať in Latino?Resp.Aureol⁹ vbi supra,ꝙ sic à Latino,q̃ scit literas.ab eo verò,qui Latinus est, sed literas nescit, proferantur in vulgari, a Greco i Greco sermone. Et licèt Græcus,si proferat in Latino,& Latinus i Grçco,aut in vulgari sit baptis mus,tamen peccat. tu autẽ dic,ꝙ debet proferre in ea lingua, in qua melius põt proferre vel literali, vel vulgari.

13 Vtrum requiratur continuatio i prolatione dictæ formæ?Resp. Au.vbi supra ꝙ sic,non interponẽdo historiã.Et credo, b ꝙ si notabilis esset discõtinuatio,nihil fieret,secus i modica discontinuatione,puta tussis vel silentij,& hmõi,q̃ intẽtionẽ non discontinuent.

14 Vtrũ possit fieri trãspositio in dictis verbis? Resp. Au.vbi supra ꝙ non.& peccat grauiter trãsponendo, licèt baptizatus sit.nisi trãspositio mutet sensum, vt dicẽdo,Ego te c patris & filij baptizo in noĩe spiritu sãcti. vel nisi intẽdat iducere errorẽ,qa nõ baptizaret.

15 Quid si proferãtur corruptè d præfata verba?Resp. Au.vbi supra,ꝙ si fit ex impotẽtia,non est peccatum. Ex ioco est peccatum grauę: tamẽ baptismus est. Ex mala verò intentione est peccatũ grauissimũ,& non erit baptizatus.ꝙ sit baptizatus in duob.primis casibus,patet in d.c.retulerũt, de cõ.di.4.vbi ille dicebat, Ego te baptizo in noĩe patria,& filia, & spiritua sancta.Ratio secundũ gl.ibidẽ qa error syllabæ nõ nocet, vt ff.de ma. te.l.q. habebat e seruũ,maximè in fine dictionis.Secus esset in principio vel medio.vnde tene ꝙ quando aliqua diminutio, vel corruptio interuenit in forma præfatę prolationis non ex malitia, ꝙ si moritur statim, credẽdum ẽ,ꝙ deus suppleat, & talis sepeliendus est in cœmeterio.Si verò superuixerit reiterandũ est sub conditione nisi in casu qñ certum est, ꝙ non mutat aliquid de essentia præfatę formę, sicut est error sillabæ solùm,maximè in fin.

16 Vtrũ sit necessaria expressio vocalis?Resp.S. Bona.in 4.di.3.ar.1.q.2. ꝙ sic vnde sine verbo vocali f nullius est efficaciæ. facit. c.detrahe.1.q.1.

17 Vtrum sit necesse,ꝙ proferantur cũ fide?Resp. sanctus g Bo.vbi s.ar.2.q.2.ꝙ non,quia baptismus nõ est sacramentũ singularis personæ.Ideò fides personę nihil pdest,nec obest.sed est sacrm ecclesię Christi .vñ qcquid sit de fide cordis p sonę baptizãtis iudicãdum est ẽm expressionẽm oris.

18 Vtrũ Græcus,qui dicit Baptizetur. Pe. in noĩe patris,& filij,& spirit⁹ sãcti, ritè baptizet?Rñ. cõis opi-

Nam si dico pro mittis mihi dare.10. Arma virũque cano, &c. valet stipul.&c.

a Vulgari] Et hoc verius,& ad de gl.in d.capit. multi,de conse. di.4.& ratio est. quia idem effectus, licèt voces non sint eadem, nam & apostoli varijs linguis loquebantur, Act. 2.& Sco.in 4.di. 3.dicit, ꝙ fortè non licet baptizanti ex officio vti verbis cuius libet linguæ, sicut nec in confessione euchari. stiæ, quia ecclesia ordinauit, ꝙ officia ecclesiastica dicantur in Latino sermone quando quidem distincti⁹ scribi, & proferri pñt.

b Et credo]Th. in 4.d.st.3.Idem tenet.

c Ego te] Adde Tho. vbi supra: Et subdit,quòd si diceret ego in nomine patris, & filij, & spirit⁹ sãcti baptizo te, esset baptismus, quia ista trãspositio sensum nõ mutat,Licèt alij dicant,ꝙ qualitercunque transmutentur verba seu transponantur,quòd sit baptismus,ex quo nõ mutatur sensus,nisi fiat cum malitia, sed hoc casu secũdũ sup plemẽtũ,baptismus primo. §. 7. deberet rebaptizari sub conditione &c. & ad ultos.§.præcedẽtes adde Sco. & sanc.Bona in 4.dist.3. per omnia idem tenere.

d Corruptè]Scot.Bona.& Thomas in dist.3.quarti per omnia idem tenent.

e L. qui habebat] Ille nãque habebat seruum nomine cratistũ & dixit Cratinum, & legauit ei libertate. Nã liber erit, & subdit,Respond nihil,obesse, ꝙ in syllaba erraffet. Et dicit Sco. vbi supra quòd si subtrahatur aliqua syllaba per syncopam, non propter hoc destruitur forma. Nõ enim voluit De⁹ omnino determinare homĩnem ad verba in sacramentis vltra illum modum, quo verba sufficiunt ad exprimendũ cõceptum. Sed cũ syncopa bene intelligit audiens conceptum loquentis, nec videt peccare mortaliter, qui syncopam nõ vtat ex infirmitate, secus, si ex contemptu, quanquã propter reuerentiam sacramenti deberent omnia clarè exprimi, &c.

f Verbo vocali]Rõ est, quia De⁹ cõtulit vim verbo.vnde sine verbo nulli⁹ est efficacię & ratio est perfecta.f. fidei professio,vt sit in facto& verbo. Et etiam per facta significatio, ga n.peracta ẽ reꝑ generatio p verbũ incarnatũ,quod oꝑtuit ẽ signatur per verbũ voce indutum, vt ille voluit, & inst.tuit.quòd ibi esset verbum vocale.

g San.Bona.]Loquitur de fide Trinitatis, quia & si baptizaus

baptizans non credat, dummodò exprimat totam trinitatem, baptizatus est, tamen fides alicuius articuli est necessaria, scilicet passionis, a qua est meritum, & trinitatis, a qua est principium effectiuum secundum San. Bonauen. vbi supra art. 1. questio. 3. & ibi allega: multas rationes, & necessarias, & congruentes. sed nō negatur quin sit baptismus, si exprimatur forma, quia baptismus est sacramétum non singularis hominis, sed ecclesiæ. Et sic efficaciam habet à fide ecclesiæ, & hoc per vnitaté sponsæ & columbæ &c.

a Sed non Græcus] Sco. in 4. distinctio. 3. sic loquitur de Græcis. Si quæras de forma necessaria ministro inter Græcos, dici potest quod quātum ad aliqua verba non principalia in forma scilicet illa, in quibus exprimitur suscipiens, & actus siue minister ecclesia Græca quandoq; nō voluit formam istam tenere, cuius causam tangit apostolus. 1. Corinth. 1 di. Hoc autem dico quod vnusquisque vestrum dicit. Ego quidem sum Pauli &c.

nio Theologorum in 4. distin. 3. est ꝙ sic, quia in forma baptismi requiritur primo de necessitate vnū pertinens ad sanctificationem elementi, quod est inuocatio Trinitatis. Aliud pertinens ad determinationem intentionis ministri, scilicet expressio actus baptizādi. & circa istud concurriūt duo scilicet expressio ipsi⁹ actus, & personæ, in quam transit actus. Et ista sunt de necessitate baptismi. sed modus exprimendi est ex institutiōe ecclesiæ. & ideò peccaret mortaliter Latin⁹ sic baptizans, sed non Græcus. [a] Securius credo, ꝙ iterū baptizetur ꝑꝑ dubium, quia alij contradicunt.

16 Verum aliquid addens, ad prædictam formam baptizet? vt si dico, Ego Petr⁹ sacerdos baptizo te, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, amen, & sancti Io. Baptistæ &c. Res. Inn. in c. 1. de bap. ꝙ si tale additū intendat esse de substantia formæ, ita, ꝙ non valeret, quasi volens nouum ritum adducere, non esset baptizatus. Si autem crederet nō esse de substātia formæ, sed ex simplicitate, aut ex deuotione, aut etiā ex malitia, etiam si diceret, in nomine diaboli, aut hæreticorum ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, amen, dummō hoc non credat esse de forma, & baptizare intendat, erit baptizatus, aut dūmodo talis additio non distrahat intellectum [b] formę, seu corrūpat, vt pura si dicatur, In nomine patris maioris, filij minoris, &c. secundùm doctor. in 4. di. tertia, Ar. secun. quæstione tertia primæ partis, quia non esset baptizatus. [c]

BAPTISMVS 3. quò ad [d] materiā, quæ est debita materia baptismi? Respon. August. vbi supra, quòd est aqua simplex naturalis potens abluere. Ex quo patet primò, quòd in nullo alio liquore potest fieri baptismus nisi in aqua, extra de bapt. c. non vt apponeres. [e]

1 Secundò requiritur, ꝙ pura. vnde nec in brodio,

Gloriabantur. enim de ministris baptizantibus, quasi eis ascriberetur baptism⁹, & redarguit eos, & istā eorum contentionē. di. Diuisus est Christus, & ꝑꝑ hoc ortū est inter eos schisma. Et vt schisma hoc tolleretur, ordinatum fuit inter eos, nè minister exprimeretur in propria persona, nec actus in modo indicatiuo, sed optatiuo, quia tunc minister non signatur esse actor baptismi, sed tm̄ minister desiderās, & orans effectū baptismi conferendum a Deo. Et suscipiens & non exprimeretur in secunda persona, sed in 3. quasi non præcise reciperet, quod recipit ab aliquo sermone sibi dirigente, veruntamen melius potuisset suscipiens, si fuisset expressus, quam per hoc verbum seruus Christi. s. nomine proprio. Nō enim iam seruus Christi baptizatur loquendo de seruitio spirituali, quo Christianus est seruus Christi. Patet ergo, quod rationabiliter fuit instituta, & dum tolerata fuit ab ecclesia, licita fuit eis, sed cessante iam causa debuisset eis sufficisse forma communis. Si ergo Romana ecclesia eis prohibuit formam, certè peccarent eam seruando. Si verò ecclesia eis pmittit eandem, minister Grecus tenetur eam seruare, si ordinatum fuisset inter eos, & consequēter videretur, ꝙ baptismus eorū esset verus. hæc ex Scot.

b Non distrahat intellectum] Idē Thom in 4 dist. 3. & vide postillam i. §. a supra.

c Baptizatus] Sco. & S. Th. idē tenent eo. dist. 4.

d Quòd aqua sit in baptismo necessaria, Concil. Trid. sess. 7. in canon. 2. de baptis. catechis. eod. tit. cap. quod autem. cum seq. P. V.

e Non vt apponeres] Ibi habetur illud Io. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto. & Mar. vlt. euntes in vniuersum mundum, &c. Duo ergo sunt necessaria, scilicet verbum, & elementum, & sic not. quod vbi plura requiruntur ad substātiam actus, defectus vnius facit totum deficere. Concor. l. si vnus, C de testam. tamen aqua, & verbum parum prodesset, nisi spiritus sanctus baptizaret interius, de consecra. distinction. quarta, per aquam. Vnde in baptizato est duplex filiatio. vna interius respectu Dei, Et ideò omnes Christiani dicuntur filij Dei, Rom. octauo, & Galat. quarto. Et inter se sunt fratres spirituales, quia habent vnum, & eundem patrem spiritualem in illa secunda natiuitate. facit quod notatur, in capitulo, ad mensam, vndecima, quæstione tertia. Alia exterius respectu baptizantis. Adde prò conuenientia materiæ baptismi, scilicet quod in aque munda ꝑ & quia sacramentum baptismi est maxime efficax, & maximè necessarium inter alia sacramenta efficax

quidem, quia in eo imprimitur character, qui dispo nit animam ad susceptionem luminis gratię, vt transparentia vitrum ad susceptionem luminis corporalis, sed datur etiam gratia mundificans animã. datur etiam illi gratiæ actus remittendi ardorem concupiscentiæ.
Sed quia hæc oportuit dari in eo signo, quod sua proprietate multiplici hæc omnia designaret, tale autẽ est, aqua, quia transparet, & est præ nia lumine, & iõ characterem signat, & iterum abluit & mũdat inter omnes liquores, & ideo signat gratiam mundantẽ Item infrigidat, & iõ signat remissionem ardoris cõcupiscẽtię. Conueniebat ergo maximè aqua baptismatis sacramento ob efficaciam. Similiter etiã propter necessitatem. Quia enim sacramentum est, a quo nemo absoluitur, & in quo omnes communicant, necesse fuit institui in liquore, qui est communis apud omnes & in quo abundant pauperes & diuites, talis autem liquor est aqua. &c. ergo &c. Hæc S. Bon. in 4. dist. 3. ar. 1. & quæst. 1. 2. partis. Addit Scot. ibidem. Quia enim aqua est frigida, fluida, lucida, necessaria, & communis. & hæ omnes proprietates conueniunt illi humori, in quo debet fieri baptismus, qui est ad reprimendum æstum concupiscentiæ, ad flectendum rigorem inobedientiæ, ad illustrandum claritatem fidei, ad introducendum in viam salutis, & hoc est cõmune omnibus sicut lex ista, cuius hoc sacramẽtum est incitatiuum commu nis est omnibus ad salutem. hæc primò.

a Materia debita] materia propriè accipiendo, sic illud, in quo est forma rei, est totum illud, quod est ibi sensibile, in quo fundatur relatio signi, quod est formale in baptismo. Sed sicut in illo toto sensi-

vel in aqua mixta butyro vel pinguedine põt fieri baptismus, quando scilicet permixtum soluit speciem aquæ, sicut si parum aquæ multum vinum misceatur aliàs potest. Idem Thom. in 4. dist. 3.

2 Sed nũquid salsedo impediat? R̃ n. qui supra ꝙ nõ, quia nõ aufert speciẽ aquæ imò ponitur in sphera aquæ. Idẽ Thom. vbi supra. Aqua verò reliquata sale non videt̃ materia debita[a] nisi per euaporationem & exalationem reduceretur ad dulcedinem.

3 Sed nunquid quælibet admixtio aquę facta impediat? Res. Ri. in 4. dist. 3. ar. 3. q. 3. ꝙ aquæ mixtio põt dupliciter fieri. Vno mõ verè & propriè, q̃n ex mixtibilibus cõstituitur aliquod vnũ per essentiam, & sic impedit, quia non est aqua in actu, sed in potentia. Alio modo impropriè secundũ quandam apparentiam, secundũ quam miscentur illa, quorum minimè partes secundũ sensum sunt iuxta se inuicẽ positę, & actualiter alteratæ saluis eorum essentijs, quæ dicitur ꝓpriè confusio, & sic non impedit, quin possit fieri baptismus, q̃a manet species aquæ. Et ideo quauis aqua maris ꝗ sit alterata ꝑ admixtionem grossorũ vaporũ terrestriũ adustorũ, quæ permixtio secundùm philosophũ. 2. meteo. est cã salsedinis mari, & aqua lixiuij propter sui collationẽ ꝑ cineres. & alię aquæ, propter earum transitum per venas sulphureas, tamen quia in eis manet salua species aquæ, põt fieri baptismus. Dic ergo, ꝙ ad cognoscendum aquam debitam sacramento illi attẽdi dẽt Primò origo. & sic saliua, vrina, aqua rosea,[b] & huiusmodi non sunt materia debita: Secundò ad speciem aquę, scilicet vt sit liquida. & tertiò vt sapor alicuiꝰ liquoris alteriꝰ non tollat virtutẽ; nam alij sapores rerum non liquidarum non immutant speciẽ aquę, quæ manet liquida, sed bene sapores rerum liquidatum, vtputa vini, & hmõi, vnde quando plus habet de sapore vini, & hu

bili aliquid est principalius, vt vltimatè determinans, & ideo dicitur forma: ita est aliquid minus principale, vel determinabile: & illud dicitur materia. Sed tale potest intelligi vel proximum ad signãdum, vel remotum, proximum est ipsa ablutio visibilis. Ipsa enim cum verbis tanquam proximũ signum signat effectum baptismi. Et ideo non vrget illa dubitatio de ca. de trahe, 1. q. 1. nè fortè asinꝰ bibat sacramentum, q̃ verè est dubitatio asinina, q̃a illa ablutio non durat nisi in fieri, quantumcunque aqua posset bibi, vel huc vel illuc transfundi ipsa ablutio nõ. Et intelligit̃ ablutio hic, nõ tantum, sicut aqua dicit̃ lauare corpus, sed sicut homo dicitur lauare corpus cum aqua quasi propriè actiuè. Nam solus contactus ab aqua, quæ est quasi ablutio formalis, non est instituta tanquã signum, vel pars signi, sed ipsa lotio effectiuè facta ab aliquo abluente. Nec oportet, ꝙ sit ibi ablutio, vt distinguitur contra lotionẽ, & includit amotionem sordium a corpore per cõtactum aquæ. Sed sufficit lotio in communi dicta corporis ab aqua, alio hoc agente Quod nihil aliud est, nisi quòd oportet istum contactum corporis ab aqua fieri ab alio causante contactum istum. Et isto modo intelligendo ablutionem, & lotionem, lotio est materia proxima quasi per se fundamentum, vel pars fundamenti istius significationis. Aqua autem est materia remota, quæ applicatur corpori in istius lotione. & huiusmodi probatio non est alia, nisi quia sic institutum est, vt patet Matt. 4. Et Ioan. 3. hæc Sco. vbi supra. Adde 6. modos, in 4. dist. 3.

b Aqua rosea] Adde text. & ibi Pa. in c. Non vt appones, eod. titu.

Non

iusmodi, quæ aquę, nõ potest de ea baptizari.

4 Tertiò requiritur, quòd possit lauare, quia aqua in linteo, vel in lana non est apta lauare, nisi exprimatur extra. Similiter nec glacies, vel nix, vel grando, nisi dissoluatur, nec lutum.

5 Quartò quod sit materialis, nõ artificialis.[a] Et ideò aqua rosea, vel ardens non valet, similiter nec aqua supnatãs cruori, quæ dr̃ flegma, nec aqua, quã faciũt alchimistæ.[b] Aqua tñ, quæ exiuit de latere[c] Christi, fuisset materia debita, quia vera aqua fuit.

6 Vtrũ vrina possit eẽ materia debita? Rñ. Ric. vbi s. quod nõ nec ceruisia debito mõ cocta, nec saliua, quia i eis nõ manet salua species aquæ.

7 Vtrũ i aqua paludosa[d] possit fieri? Res. vbi s. quod sic, quia ibi ẽ species aquæ. Intellige, nisi esset ita condẽsa, sicut est aqua in glacie.

BAPTISMVS 4. quò[e] ad modũ, quis modus est tenendus in baptizãdo? Res. Pe. Au. quod primò debet ablui ab eo, qui baptizat, nõ fricari, vel tingi, vel submergi. Ex quo patet, quod proijciens puerũ in puteum nõ habens funẽ, nõ baptizat[f] fm Sco. in 4. di. 5. in fi.

1 Quid de illo, qui deponit in canistro per chordã, cũ nõ põt manu ad aquã attingere, intingẽs eũ & extrahẽs? Res. Ric. vbi s. dist. 4. q. vlt. quòd sic est baptizatus.[g]

2 Secundò debet immergi, vt appareat mortuus cũ Christo. vtrũ autem totum corpus sit abluẽdum? Res. Ri. vbi s. quod principaliter caput, seu facies, quia in ea vigent sensus, postea pectus, quod est sedes cordis. Tenetur tñ cõius, quod qualitercũque contingatur, est baptizatus & quod sufficit aspersio quantumcũque modica in[h] casu necessitatis.

3 Tertiò debet talis immersio esse trina, vbi est cõsuetudo, aliàs non, quia est de necessitate sacramenti, sed sufficit vna,[i] de cons. dist. 4. de trina.

4 Vtrũ requiratur simultas in prolatione verborũ, & ablutione? Res. Land. in 4. di. 6. q. 2. quod sic, quanta requiritur in actib. humanis, s. quantum põt nõ pũctualis, quod esse vix posset, vñ fm Sco. & Ri. in 4. di. 3. sufficit quod prolatio verborũ incipiatur ante, quàm ablutio terminet, vel ecõuerso.

5 Vtrum requiratur, quod aqua, qua quis baptizat, sit sanctificata a presbytero primò per orõnẽ? Res. fm S. Bo. in 4. di. 3. quod non de necessitate, sed de cõgruo. Ita tñ, quod nisi necessitas hoc requireret, peccaret mortaliter sacerdos baptizãs in aqua nõ sanctificata eo mõ, quo dictum est, s. per orationẽ sacerdotis.

6 Quid si omittãt aliæ solẽnitates? Res. do. i c. 1. de baptismo. debẽt suppleri, licèt nõ sint necessariæ. aduerte, quod bap. debet fieri cũ chrismate illi anni, aliter punit sacerdos, si confecerit nisi i necessitate, de cõ. di. 4. c. si quis de alio, De qua infra, oleum.

7 Vtrum adultus baptizãdus possit constituere procuratorẽ ad rñdendum pro eo, vt fit in paruulis? Rñ. quod non, tex. est in ca. cum pro paruulis, de con. di. 4.

a Non artificialis] Rõ concordat, quia aquæ, quę dñr artificiales, sunt corpora quędã mixta, & non dñr aquæ nisi ęquiuocè. vide Sco. vbi s. lacẽ prosequentẽ.

b Quam faciũt alchimistæ] Et hoc, quia dicit philosophus. 4. meta. Sciant artifices alchimiæ species per artẽ permutari non posse.

c De latere Christi] Hoc tenet Inno. quod scilicet fuit vera aqua tñ pp illud Ioann. 19. Et qui vidit, testimoniũ perhibuit, &c. Et vbi dixit, & cõtinuò exiuit sanguis, & aqua. Vnde non dixit phlegma &c. Et ibi Ni. de Ly. dicit, quod aqua illa fuit miraculosè formata ad ostendendum, quod Christus habuit verum corpus ex quatuor elementis, contra illos, dixerunt Christum habere corpus cœleste, nec fuit phlegma, vt habet I c. in quadã, de cele. miss. in § per hoc aũt.

d Paludosa] Tñ requiritur aqua munda, & pura propter reuerentiam sacramenti fm Tho in 4. di. 5. nihilominus põt fieri baptismus in aqua immunda tpe necessitatis, &c.

e Catech eod. c. hactenus. P. V.

f Nõ baptizat] Pa. in c. debitũ, de baptismo, ponit fuisse de facto hũc casum in de ferẽte puerũ ad ecclesiã pro baptismo, qui ostẽdebat oĩa signa mortis. tũc deferens non habẽs aquã secũ proiecit illũ in puteũ di. ego baptizo te in noie patris &c. quæritur, an talis puer sit baptizatus? conclu dic ipse vbi s. quod si puer super vixit, quandiu baptismus fuit cõpletus, quod satis dicatur baptizat' refert Rose. Baptis 4. in §. 1. I fi.

g Baptizatus] opi. Ricar. est vera, quia hoc modo non imminet periculum mortis, vt in casu præcedenti.

h Modica] Ad de S Bona. & S. Tho. in 4. dist. 3. text. & glo in l. 3. in prin in ver. quamlibet, ff. de acqui. poss. Et facit, quia baptism' fit respectu aïæ, q̃ est tota in toto &c. Bart. i l. stipulationes nõ diuidunt. 3. expo. de de ver. obl. Et in l. si cui, de serul. vide tex. i c. vulgaris, de pe. di. 1. & Bart. idẽ tenet i l. quod certatũ, C. de posth. hędi. insti. Et vide Arch. in c. nouissimè, de conse. di. 5. & doc in c debitũ, de baptis. Et infra baptis. 6. §. 3.

i Sufficit vna] Nã sicut per trinã immersionem signat San. trinitas, & sic dis. personarũ, ita per vnã significat vnitas essẽtiæ. Addo Sco. in 4. di. 3 q. 1. ar. 2. in fi. Et idẽ tenet S. Bona. ibidem.

8 Quid faciedũ de eo, q̃ dubitat nõ fuisse baptizat[a]? Rñ. ꝙ si dubiũ est iuris, vt puta, qa doctores diuersa opinant; vel si dubiũ est facti ꝓbabile, vt puta qa inuenit puer ꝓiectus, nec apparet ꝙ fuerit baptizat[b], tunc baptizandus est isto modo, Si tu nõ es baptizatus, ego te baptizo In nomine patr. &c. Ex alio autẽ dubio non debet quis rebaptizari. Idẽ Sco. in 3. distinct. 3.

9 Qñ dẽt[a] quis baptizari? Rñ. ꝙ aut sunt paruuli, & sic dico ꝙ statim tñ pp periculũ mortis, vt dicit gl. de conse. di. 4. venerabilis, tũ ẽt qa dæmones non im̃ pñt super eos s̃m Dio. c. vlt. cęlestis hierarchiæ. Vñ nõ excuso a pctõ illos, qui im̃ di fferũt paruulorũ baptismũ. Nec credo, euadãt peccatũ mortale illi, q tales pueros baptizant in domo, nõ seruata debita solennitate, qñ nulla subest necessitas, sed solũ faciũt pp expectationẽ cõpatrũ, aut pp maiorẽ põpã postea fiendã Et licẽt postea deferant ad ecclesiã, & suppleant omissas solẽnitates, non tñ suscipiẽtes efficiuntur patrini,[b] qa nõ tenẽt ad baptismũ, ẽt si iterũ baptizarẽtur, cũ semel sint verè baptizati. Si verò sunt adulti sic si non imminet periculũ mortis, per 8. menses catechizati inter catechumenos debẽt teneri, & instrui in fide, vel tpe arbitrario. Et sic intellige. c. Iudęi, cum seq. de cons. di. 4. Si vero imminet periculũ mortis, statim sunt baptizandi fide eis exposita, de conse. di. 4. ne, quod absit. Et tempus propriũ talium adultorũ qui non sunt in periculo mortis, est pascha, & pentecostes, de cons. dist. 4. c. de cathecumenis, & d c. venerabilis.

BAPTISMVS V. quoad[c] ministrũ. Quis est minister baptismi? Rñ. Aur. vbi supra di. 5. q. 1. quod est viator quilibet vnus personaliter distinctus, potens contingere, & verba proferre, intendens in habitu facere, quod facit ecclesia, vel de quo præsumitur, quod intendat. Et sex dicit. Primo ꝙ sit viator, quia nec Angelus vel sanctus est minister baptismi, si tñ baptizaret, nõ esset rebaptizandus,[d] quia crederetur, ꝙ deus dispensauerit, dummodo esset certus, ꝙ esset Angelus, vel sanctus paradisi.

1 Secundo dicit, Quilibet. s. tã fidelis, q̃[e] infidelis, hæreticus, excõicatus, & hmõi, siue vir, siue mulier, vel laicus bon[a], vel malus; sñ non dẽ baptizare nisi sacerdos, & q non sit præcisus nisi in casu necessitatis, de consec. dist. 4. c. in necessitate, cũ multis. c. 30. q. 3. super quibus. Aliter peccaret mortaliter, ar. c. 1. de cle. non or. Aduerte, ꝙ nec pñte presbytero clericus simplex, nec pñte clerico laicus, nec pñte viro mulier dẽt baptizare de conse. dist. 4. c. mulier, & c. Romanus, & 30. q. 3. c. super quibus. Vñ non sacerdos baptizans sine necessitate efficitur irregularis c. 1. de cleri. non ordi. min. In necessitate verò solùm potest quilibet, sed tenetur baptizare; aliter peccaret mortaliter, ar. c. qu cunque, de consec. dist. 4. Et ideo bonum esset, ꝙ quilibet addisceret formam baptismi.

2 Tertio dicit, vnus, quia non plures, vnde si plures dicerẽt, Nos baptizamus, non verè baptizarentur. Ric. vero in 4. dist. 3. dicit, ꝙ tenet baptismus. Sed primum tutius, vt supra dictum est. Si vero quilibet eorũ diceret, Ego te baptizo, &c. tunc bene esset baptismus.

3 Quarto dicit, Personaliter distinctus, quia nullus se ipsum[f] potest baptizare. c. debitum, de baptismo.

4 Quinto dicit, Potẽs contingere. Ex quo patet, ꝙ in vtero nullus potest baptizari, quia natiuitas secunda præsupponit primam, de quo dic. vt infra, baptismus. 6. §. primo, secundo, & tertio.

5 Vtrum non habens manus possit baptizare? Rñ. Aureo. vbi supra, ꝙ non.

6 Sexto

[a] De hoc Conc. Trid. sess. 5. ca. 1. & ses 7. can. pen. & antep. de bap. Catech. eod c. cũ cæterarum. P. V.

[b] Patrini] Quia non baptizat de nouo: secus, si catechizaret, cum per Catechismũ contrahatur cõpaternitas, s̃m do. i 4. dis. 4. Et vide.). Matrim. 3. impedimento. 2. §. fi. c Catec. eo. c iã verò. P. V.

[c] Côc. Tri. ses. 7. 1. can. & ba. P. V.

[d] Nõ esset rebaptizãdus] Vide Arch. in c. ꝓprie, de cons. di. 4. qui dicit, quòd diabolo non cõpetit vllo mõ baptizare. Et idem Scot. in 4. dist. 6. subdens, ꝙ si cõstaret, ꝙ deus sic vellet, esset baptismus &c. qd tamen in dubio nõ est credẽdũ, pp eius malã voluntatem, q. s. semper omitteret necessaria.

[e] Tã fidelis, q̃] Rõ ponitur in c. Romanus, de consec dist. 4 qa nõ hominẽ, qui baptizat, iudicat Ro. Pontifex sed spiritum dei subministrãtẽ gratiam Dei, licẽt paganus sit, qui baptizat. Et sic tollitur argumẽtum, nemo dat, quod nõ habet, quia ipse habet aliena autoritate, vt dicimus, ꝙ creditor trãsfert dominium rei si bi obligatæ; post bitũ, quod tñ nõ hẽt, s. dñium, sed hoc fit autoritate iuris, &c.

[f] Seipsum]

Ratio est, quia in baptismo dicitur quis renasci, Io. 3 Nisi qs renatus fuerit, &c. & ibidem dicitur ipsum renasci denuo, sicut nullus seipsum generat, sic nec seipsum regenerat. De ætate autem regenerantis, vel tenentis sufficit, quod sit pubes secundùm Pet. de An. licèt Pan. in cap. debitum, aliter teneat.

a Quod intendit] De istis intentionibus vide per Scot in 4. disti 6. ibi, circa tertium principale. Vbi dicit, ꝙ oportet ministrum habere intentionem circa actum, quem exercet, ratio, quia intentio requiritur in quocunque homine agẽte aliqd non fortuitè, vel excercente aliquẽ actum humanũ propriè loquendo de actib⁹ humanis, qui scilicet causantur ꝑ intellectum, & voluntatem ab homine. Ille autem, quem minister debet exercere, debet esse humanus, non casualis, vel fortuitus, quia super fortuitis nõ cadit obligatio, ipsa etiam obligatio est, vt homo intendat illud, ad quod obligatur. Debet etiam habere intentionem respectu finis non remoti, scilicet vt baptizat⁹ sit causa paradisi, &

6 Sextò dicit, Potens verba proferre, q̃a mutus non potest baptizare, vñ quamuis non habens manus diceret verba, & mutus habens manus ablueret, non esset baptizat⁹. Pe. de Pal. tenet, ꝙ esset baptizatus, sed primum verius, vt supra. baptismus. 1. §. 4.

7 Septimò subiungit, ꝙ intẽdat, vel saltẽ appareat, ꝙ intendat baptizare, non lauare tm̃, vnde ſm Inno. in c. 1. de baptismo, non est necesse quò ad effectũ baptismi, ꝙ sciat, quid sit baptismus. s. ꝙ ĩfundatur gratia, vel ꝙ sit sacramentum nec etiam oportet, ꝙ credat hoc ipsum, imò si cõtrarium credit & reputat truffam, & deceptionẽ, baptismus tamẽ habet effectum suum, non requiritur tamẽ ꝙ baptizans sciat, quid sit ecclesia, nec ꝙ gerat in mẽte facere, ꝙ facit ecclesia, imò si contrarium gereret in mente, id est non facere quod facit ecclesia, sed tñ facit, quia formam seruat, nihilomin⁹ baptizatur, dũmodò baptizare intendat. vnde, si quis in necessitate vadat ad infidelẽ, & dicat ei. Baptiza me, docendo ei formam, Si ille baptizat eũ ſm intentionem petẽtis intendens facere, quod alij baptizantes faciũt, esset baptismus. Secus, si intẽderet solũ lauare. Lãdul. tñ in. 4. di. 6. q. 1. dicit, ꝙ si non intẽdit facere, qđ facit ecclesia, quòd non est baptism⁹. Sed opi. Inno. mihi placet, quanuis ista sit magis tuta, q̃a sicut furiosus & amẽs, q̃a nihil intẽdere possunt, nõ baptizant, sic vñ, ꝙ intẽtio baptizandi requiratur saltẽ. Et hoc põt dici intendere, qđ intẽdit [a] ecclesia. Et sic intellexit Landul.

8 Vtrũ requiratur [b] intẽtio actualis in baptizante? Res. Landul. in 4. di. 6. q. 3. ꝙ non de necessitate, nec sufficit habitualis præcisè, quæ licèt possit exire in actũ tñ nunquã exit. Virtualiter aũt semper [c] est necessaria. Dicitur aũt virtualis, qñ quis habuit actualẽ intentionẽ nudã ministrandi sacramentũ, & ex illa mot⁹ est ad ministrãdum, posito ꝙ actualiter nõ cogitet, cũ ministrat, virtualiter tamẽ manet ĩtẽtio prima, & hæc est, quæ mouet, quia voluntas per suũ imperium mouet potẽtias inferiores ad actus suos, vt pedẽ ad ambulandum, & hmõi. Cum ergo voluntas intendit aliquid exequi, mouet potentias inferiores ad exequendum. Et licèt cesset actualiter intentio voluntatis, manet tamen executio potentiæ actualis: exemplum, cũ in me sit actualis intentio eũdi ad ecclesiam, impero pedes moueri, & licet ĩ medio motus cesset intẽtio actualis, manet tamen motio pedis. Dicit etiam Ric. in quarto, distinction. 6. ar. 1. quæst. tertio, quòd si baptizans non sit diligens in applicando intẽtionẽ suã, secundùm quòd decet ad ipsum actum, non excusatur à peccato.

9 Vtrum quis debeat potius baptizari a malo sacerdote, q̃ a bono laico? Resp. Land. vbi supra distin. 5. q. 1. ꝙ sic, quia bonitas ministrorum [d] nõ tantũ spectat

gratiæ, qua mediante perducitur hõ ad deum, aut proximi, vt scilicet baptizãdus fiat membrum Christi. & hoc, quia paganus hos fines non intendit, & tamen potest baptizare. proximus tamen finis debet intendi, scilicet vt baptizatus fiat Christianus. & in generali vt intendatur fieri quod ab vtroque fit Christiano ĩ isto actu.

b Conc. Tridẽt. vide sess. 7. de sacram. cano xi. Pet. Vend.

c Virtualiter autem semper] Vt dicit Scot. de celebrante, vide infra, missa. §. 12. & hoc dicit Sco. in 4. distin. 6. de actuali etiam dicit, quod de⁹ noluit obligarẽ nos ad impossibile, vel nimis difficilè, quod esset, si obligaret ad intentionem actualem. Ponit etiam exemplũ de eunte ad sanctum Iacobum, qui multa præparat, &c. quia in ipsis præparantis durat intentio virtualis.

d Bonitas ministrorum] Semꝑ debẽt quæri boni ministri, quia vt dicit Scot. in 4. distinction. 4. q. vlti. quod de⁹ potest paruulo conferre maiorem gratiam in baptismo ꝑpter bonitatem ministrantis, seu assistentis.

a Qđ fit] Intellige, si sacerdos baptizat cũ solẽnitate, vt minister ecclesiæ, cui hoc cõpetit ex officio.
b Limito] Quidam impugnat nostram summam. vnde tene opinionem summæ nostræ. Et primò imponit sibi falsum, dum dicit, quòd summa nostra reprobat Ricar. qa hoc non dicit, sed limitat. Et videtur satis rationabile, quòd quãdo aduertit, quòd debeat pœnitere, & si non vult, quod peccat mortaliter sacerdos, quandoquidem hoc esset verum etiam qñ non vult baptizare quia nulli dubium ꝙ quicunque cogitat peccatum suum mortale, vt materia detestanda & non vult pœnitere, quod peccat mortaliter, Vt dicit̃ infra, verbo, contritio §. 5. & in verbo, voluntas. §. 6. Et ideo cũ ministerio loquit̃ summa nostra disˢne que ꝙ contritionem debet habere. Et hæc procedunt in sacerdote saltem. Et sic non obstant rationes suæ, quia procedunt, quando non aduertit qđ teneatur habere contritionẽ. Si dicatur, ergo ꝑmittit puerum mori sine baptismo nè peccet mortaliter baptizando, Respõdeo, quòd si dimittet, peccabit etiam mortaliter, ex eo, quia in tali casu non diligeret proximum. Et sic de duob. malis maius esset euitandum. Nõ obstat illud, quod iste dicebat, quòd sic lege permittẽte &c. quia non sequitur, ꝙ debito modo non debeat fieri id, quod lex permittit &c. Et si hæretico permittitur potestas baptizandi, hoc facit propter bonum baptizandi. Si autem hæreticus non vult facere, quod facere debet, imputandum esset ei.

ad sacramentũ, q̃ autoritas intellige, qñ est paratus baptizare, aliàs nõ, vt ĩ. §. 12.

10 Vtrũ sacerdos existens in mortali peccet mortaliter baptizãdo? Res. ẽm Ric. in 4. di. 5. quod sic, [a] nisi cõfiteatur de peccato, vel nisi baptizetur in articulo necessitatis, quia tũc non peccat. Limito [b] hoc verum, quando de peccato non aduertit, neque ꝙ contritionem debeat habere.

11 Vtrũ non sacerdos baptizans in aqua sanctificata conferat sacramentum? Res. Ric. in 4. di. 5. ar. vlt. q. 1. quòd sic, sed peccat mortaliter nisi ĩ necessitate, qñ alium habere non potest.

12 Vtrum baptismus [c] sit suscipiendus ab hæretico, vel excõicato, ꝑciso, suspẽso, & hmõi? Res. Inn. in ca. fraternitati, de cle. exc. mi. ꝙ non nisi in necessitate. Et voluntariè suscipiens sine necessitate ab hęretico aut a quocunque ab ecclesia præciso, aut suspenso a iure vel ab homine, non recipit grãm. 1. q. 1. multæ, & c. seq. qa facit ꝯ institutionem ecclesiæ, & sic peccat mortaliter. [d] In necessitate aũt licet. 32. di. §. verũ. [e] Si verò non sit ꝑcisus ab ecclesia, q̃uis sit ĩ mortali posset qs recipere, dummõ eũ non inducat ad ministrandũ, etiã si aliũ posset habere, concor. Ric. vbi supra.

13 Vtrum credens baptizare masculum, & baptizat fœminam, verè cõferat sacramentũ? Res. ẽm Host. ꝙ si simpliciter baptizat, est baptizata, s. si intendit baptizare personã, cuiuscunque sexus sit. Sed si solũ intenderet baptizare masculũ tñ, sic nõ confert sacr̃m & non esset baptizata. [f]

BAPTISMVS. VI quò ad eum, qui baptizandus est.

1 Vtrum in vtero matris totaliter existens, nec ex aliquo apparẽs ab extra sit baptizandus? Res. ꝙ non [g] c. q in maternis, de con. di. 4.

2 Vtrum mater sit aperiẽda? Res. ꝙ non, si est viua, quia non sunt faciẽda mala, vt eueniant bona, secus, si iam est mortua. [h]

3 Sed nunquid, si apparet aliquid extra, poterit baptizari? Res. Aureolus vbi supra, ꝙ sic si est pars principalis. Si verò appareat pes, vel manus, tenet ipse, ꝙ nõ Landul. in 4. di. 4 q. 1. tenet ꝙ si pes vel manus apparet ꝙ debet baptizari. tñ natus postea dẽt iterum baptizari isto modo, Si tu non es baptizatus, ego te baptizo, In nomine patris, &c. Concor. Scot. ibidem. dominus Cardina. in Clem. fidei, de summa trini. tenet, ꝙ oportet totus sit natꝰ, nisi necessitas immineat, quia in tali necessitate id, quod apparet, debet baptizari ꝑꝑ occultã [i] operationẽ spũs sancti. 1. q. 1. multi, circa med. gl. ĩ c. si ad matris, de cons. di. 4. tenet, ꝙ non potest baptizari ꝑ. c. q in maternis,

c Conc. Triden. videas loco supra proximè citato. sess. 7. in cano. de baptis. catec. in c. iam verò. P. V.
d Peccat mortaliter] Rõ vr̃ esse qa tunc vsurparet officiũ sacerdotis, ex quo aliũ habere põt.
e §. verum] Ibi, non abhorreat colũba. i. bonus ministerium malorum, respiciat dñi ptãtem, &c. Adde ca. baptismꝰ, de con. di. 4. Et Ri. in 4. di. 5. ar. 3. q. 1. Cõcor. Tho. in 4. dist. 5. cęterique doc.
f Baptizata] Hostien. h. d. in summa de baptismo & facit illud, qđ dictũ est à Scot. de cõsciẽtia, vt habetur infra. euchar. 1. §. 26.
g Resp ꝙ non] Quia qui natus adhuc secũdũ Adã non est, ẽm Christũ regenerari non põt. Similiter ĩ c. Moi. 32. q. 2. Vbi dicitur, ꝙ corpore nõ formato nõ intelligitur ibi esse aĩa, exẽplũ de domo, quia nõ inducitur habitator nisi completa domo, & Adam prius fuit corpus formatũ quã infusa aĩa. hæc ibi Aug.
h Mortua] qa scindi deberet l. posthumus, ff. de inof. test.
i Propter occultã &c.] Pro hoc facit, quia san-

quia qui non est perfectè natus, nō potest dici homo l. quod certatum est, C. de posthu. hæredi. inst. vbi oportet sit totus natus, vt dicatur qs posthumus. Alij dicunt, ꝙ si caput apparet, debet baptizari. l. cum in diuersis.[a] ff. de reli. & sum pti. fune. facit. c. si baptizata, de conf. distin. 4. multiplex est alia opinio doct. in hoc; sed tu tene opinio. Landul. quæ est securior, & valde pia, quam tenet Tho.[b] & Ric. in 4. di. 6.

4 Quid si nascatur, cum pelle secundina, poterit ne baptizari? Resp. Aureo. vbi supra ꝙ sic.

5 Vtrū mōnstrum[c] sit baptizandum, & quomodo? Res. secundū Lan lulph. in 4. di. 6. q. 2. ꝙ si perpēdatur duas habere animas, vt puta duo habet capita, quatuor pedes, duas spinas in dorso, & hmōi, tunc baptizetur quilibet per se, & intingatur in loco quilibet per se. si verò dubitatur, an sint duæ animæ vt puta, qa habet quatuor manus, & vnū caput, vel duas spinas in dorso, tunc credo ꝙ debeat baptizari principalis absolutè, & ali⁹ postea sub cōditione, s. si tu non es baptizat⁹, ego te baptizo &c. nec baptizet in tentione vaga, sed determinādo se ad vnum, aliàs nihil faceret[d] secūdū Henri. in quolibet.

6 Vtrum requiratur[e] cōsensus baptizati? Resp. Aureol. dist. 4. q. 1. 4. senten. ꝙ non in puero. In adulto verò sic verus, vel interpretatiuus, vnde vi, vel reclamans,[f] si baptizetur, nec recipit primum effectum, nec ſm baptismi. sed de habente consensum interpretatiuū est dubiū, sicut qui per minas, vel pœnas consentiret, & licèt quidā dixerint non suscipere characterē baptismi, alij scientes, ꝙ volūtas coacta, volūtas est, tenēt ſm sanctū Bo. in 4. di. 4. arti. 2. quæstio. 1. ꝙ suscipit, nisi intenderet non suscipere sacramentū, sed solū illudere, & tales pœnas euadere, qa tūc nō susciperet, similiter Lādul. in 4. di. 4. q. 1. tenet ꝙ qui dissentit[g] corde, necessariò est rebaptizandus.

7 Vtrum in adultis requiratur intentio, vt recipiant baptismum? Res. Ric. in 4. distin. 6. ar. 2. q. 3. quòd sic, vel in actu, vel in habitu. In actu in illo, qui pri⁹ habuit intentionem non recipiendi, quia necesse, est vt habeat in actu cōtrariam, scilicet recipiendi, aliàs non expelleret cōtrariam, & sic non reciperet sacramentū. similiter qn̄ aliquis admonetur, vt actu cōsentiat, requiritur consensus actualis, aliter non consentiret nec actu, nec habitu, qa habitu disposit⁹ dr̄ homo, quādo si actualiter & deliberatè recogitaret de illa re actualiter cōsentiret in illā, aliàs sufficit habitualis, sicut si qs cathecu-

sanctificatus fuit Ioan. in vtero. Lu. 1. Et Hie. sit operari etiam intra viscera & hoc dicit ipse Car. in. §. ad hæc. in dicta Clement.

a Cum in diuersis] Vbi sepultum caput inuenitur, locus religiosus dicitur, quia pars principalis est hominis, Et in quo imago hominis sit, vnde cognoscitur, hęc ibid.

b Quam tenet Th.] vbi supra. Idem tenet. Et dicit Ricard. ꝙ etiam pueri possunt baptizari baptismo sanguinis, cum pro fide interficiuntur in maternis vteris, etiam si non feratur intentio interficientis nisi ad interfectionem matris, tamē baptismo aquæ nō possunt in maternis vteris baptizari, qa nōdū nati sunt militā ti ecclesiæ &c.

c Monstrum] An autem debeat baptizari, ponunt Bal. Angel. & Imo. in l. quod dicitur, ff. de li. & posthu. Et Ang. in l. qd' certatum, C. de posthum. hæred. instit. exemplū ponūt de minotauro. Et Sco. in 4. dis. 6. Idem dicit quod hic. Addens, ꝙ fuit mōstrum in Frācia. Erant enim duo capita, quatuor brachia &c. Et vnus viuebat sobriè, alius luxoriosè, & sobrius reclamabat, cū alius nimis grauabatur crapula. An autem occidens monstrū teneat pœna homicidij, vide Bald. & Ange. & Ino. vbi supra.

d Nihil faceret] De hoc vide Archi. in c. propriè, de conf. di. 4. & Th. in quolibet. Et supplementum baptismi. 4. §. 2.

e De hac & sequentibus quæstionibus. 7. 8. 9. & 10. catechis. eod. cap. docendum. P. V.

f Vi, vel reclamans] Duplex est vis præcisa, & conditionalis præcisa impedit impressionē characteris, ratio è, quia hoc casu dicitur, quis poti⁹ pati, q̄ agere. c. sacris, quod met⁹ cā. Vnde si qs ligatis manib. & pedib. baptizaretur, non susciperet characterē secus in cōditionali, qa ē ibi volūtas, qa coactā volūtas, ē voluntas qd' cā nō esset verū, vbi requireretur absoluta volūtas, vt in matrimonio, vbi requiritur omnimoda libertas, vt in ca. cū locū, de sponsa. Et suscipientiū baptismum etea sunt differētiæ. Quidā. n. nūquā habuerunt vsum rōnis, vt paruuli, & perpetuo furiosi. & in his nō requiritur voluntas. Quidā verò aliquando habuerunt, licèt tunc non habeant. Et in his in necessitate sufficit antecedēs voluntas. Quidā verò habent vsum rōnis tūc, cū baptizantur, & in his requiritur contritio, & deuotio ad recipiendū rē sacri, & intētio, ac volūtas ad recipiēdū sacrm̄. Hæc Pe. & Th. in 4. di. 4. & 6. & supplemētū bapt 4. §. 3. Vide ĩ §. 14.

g Dissentit] Nota tamē ꝙ talis compelli tr̄ ad

menũ,nudũ baptizaret actu non cogitantem de susceptione baptismi, vel furiosum, siue amentem, qui ante amentiam habuit intentionem recipiendi, vel nũquam habuit contrariam.

8 Vtrũ, requiratur fides in adultis? Resp. secundùm Tho. in 4. dist. 6. ꝙ nõ quò ad characterem suscipiendum, sed bene quò ad habendam gratiam.

9 Vtrum requiratur rectitudo intentionis? Res. ꝙ non ad susceptionem characteris. vnde, qui recipit baptismũ propter quæstũ, sicut Iudæi sæpè faciũt, verum baptismum recipiunt licèt non fructũ baptismi. Adde Scot. dist. 4. in 4.

10 Vtrum amẽtes, & dormientes possint baptizari? Res. ꝙ si ante habuerũt cõsensum, & necessitas immineat, possunt baptizari, vt in d. c. maiores, in fin. Si verò ante amentiam, vel dormitionem contradixerunt præsumitur, quod proposi tum duret. Et ideò non suscipiunt nec characterem, nec baptismũ, vt ibid. Si verò non dissenserunt, tenet Aureolus vbi supra, ꝙ susci piunt characterem. Hoc verũ secundũ Ric. vbi supra, dunmodò aliquando consenserint de adultis loquẽdo, qui habuerũt vsum rõnis, secus in illis, qui nunq̃ vsum rationis habuerunt, quia suscipiunt characterem. Et adde Sco. distinct. quarta, in 4.

11 Vtrum pueri Iudæorũ sint baptizandi? Resp. quòd in hoc fuerunt opi. diuersæ quibusdam dicentibus, ꝙ non inuitis parentibus. Sed ego dico cum Sco.[a] & Landul in quarto, dist. quarta, quòd etiam inuitis parentibus sunt baptizandi, non quidem per priuatas personas, [b] sed per principes, aut eorũ dñõs, & educandi religiosè & cautè nè occidantur à parẽtibus, & ꝑ hoc facit quod no. Oldr. in consi. suis, vbi tenet, ꝙ Iudæi sunt serui facti per passionem Christi, extra de Iudęis, c. & si Iudæos, & fuit mandatum executioni per Constantinum, vt no. Host. in c. consuluit, de Iudæis, & hoc dicit Archid. 45. di. qui sincera. hoc idẽ tenet Th. ĩ epistola ad Ducissam Lothoringię. Nam cũ sint serui, princeps, qui est eorũ dominus, potest eos vẽdere, ar. C. si ser. expor. ven. l. 1. & 2. per istam rationẽ tenet Archidia. in c. fraternitatem. 54. di. ꝙ potest eis auferre bona eorum, cum non habeant ea nisi vt peculium, allegat. c. Iudæi, el 2. de Iudæis, vbi statuitur, ꝙ si conuertantur, non auferantur eis bona, ergo si non conuertuntur, possunt eis auferri a contrario sensu. Melius facit. c. sicut Iudæi, eo. ti. vbi prohibetur, ꝙ sine iudicio terrenę potestatis nullus eis auferat bona, vel offendat, ergo ex cã legitima possent. Præterea sustinẽtur ex pietate, & gratia, vt dicitur in c. & si Iudæos, de Iudęis, ergo non debet trahi ad necessitatẽ, ff. de of. procon l. solent, in fi. & ex hoc posset sustineri, opi. Aur. qui cum Lan. & Sco. cõcordat, ꝙ inuitis parentib. possunt baptizari ꝑ dominos, & bene facerẽt,

obseruantiam fidei, & ipsius sequelam vt in c. maiores. §. fi. eo. tit. & in c. de Iudæis. 45. dist.

a Cũ Sco. & La.] Nõ obstat, ꝙ quidam dixit contrarium, quia allegati per eundem non probãt intentionem suã sed solũ ꝙ Iudęi non sunt directè compellendi ad fidem, neque. n. fit eis iniuria, cũ eorum filij sint potius Dei, quã Iudæorum. Et Deus vult omnes saluos fieri, & per hanc viã possunt adduci ad salutem. Ridiculosum est etiam dicere, quòd Deus potuisset eos facere nasci de Christianis, quia nihil aliud est hoc dicere; quàm ꝙ Deus, si vult, potest nos saluare, nec tenemur cooperari, &c. quod est inconueniens, fateor bene secundùm Ricard. in 6. distincti. quarta, quòd hoc nõ consueuit facere ecclesia &c. Sicut dicit Thom. secunda secũdæ. quæstion. 10 articul. 12. Sed rationes, quas facit, non videntur valere, quia falso innituntur fundamento, tolluntur que, per Scot. vbi supra. Et ideò opin. Scot. in puncto iuris est sustentabilior, & fidei nrę cõuenientior.

b Non per priuatas personas] Et per hoc tollitur argumentum, quod fieri poterat, Quia aut redderentur parentibus, & tunc baptizatio eorũ esset in contumeliam fidei Christianæ, quia postea nutrirentur e parentibus in errore suo, aut non redderẽtur, & tũc fieret iniuria parẽtib. quia dum sunt paruuli, parẽtes ius habẽt in eis. Ista ratio posset concludere de quacunque persona priuata, nõ concludit tamẽ de principe, cui in regimine rei publicę tales sũt subditi. Nam dominus terræ maius ius habet in paruulos, quàm parentes vniuersaliter. n in potestatib[9] ordinatis potestas inferior nõ obligat in his, quæ sunt contra superiorem, sicut docet Aug. de verbis domini homilia 6. Si aliud iubet ptãs, ꝙ nõ debes facere, hic facis contẽne potestatẽ timẽdo ptãtẽ maiorẽ. Dico ergo ꝙ si princeps hoc faceret cum cautela bona, s. nè parẽtes prius cognoscẽtes occiderẽt pueros, & baptizatos faceret religiosè educari bñ essẽt, vid Ana. 1 c. l. cut d Iudæ. q alleg. ꝑ & cõtra. Vide ẽt Cal. con. 6. de Iud. q tenet cõtra Sco Imo dicit filios baptizatos esse restituendos. Sed tu tene opi. Scot. q̃ est verior.

Ita

a Ita sunt angariandi] Ita sentit Sco. dum dicit, q per minas, & terrores &c.
b Compelle intrare] Ita intelligit Scot. & sunt hæc verba sua. Imo quod plus est, credere religiosè fieri, si episcopi parentes cogerent minis & terroribus ad suscipiēdum baptismum, & ad conseruandū postea susceptū, quia esto q ipsi non essent verè fideles in animo, tamen minus malum esset eis non posse impunè legē suam illicitam seruare, quam posse eam liberè seruare. item filij eorum, si bene educarentur, in tertia & quarta progenie essent verè fideles, & si dicas, q secundū ꝓphetiā Isaiæ, quā recitat Paulus Ro. 6. Reliquiæ Israel conuertentur in finem, & ideo Iudæos non oportet cogere ad baptismum, & relinquere legem suam? Resp. Nō dubito, quin vera sit prophetia Christi, Ioan. 5. Ego veni in nomine pr̄is mei, & nō accepistis me, si alius venerit in nomine suo, illū suscipietis, ergo ad minus p verbū Christi erūt peruertendi, q adhærebunt illi pessimo antichristo, de quo sermo domini est, & si dicas, q visa detractione antichristi illi, qui sibi adhæserunt, conuertentur, dico q pro tam paucis & sic tardè conuertēdis, nō oporteret tot Iudæos in tot partibus mundi tantis t̄pibus sustinere in lege sua persistere, quia finalis fructus de eis ecclesiæ est, & erit modicus. Vnde sufficeret aliquos paucos in aliqua insula sequestratos permittere seruare legem suam, de quibus tandem illa prophetia impleretur. Cōmendatur etiam ille text. in c. maiores &c. vt vr in text.
c In secunda secundæ] Aliàs est in 2. dist. 27.
d Effectus gratię baptismalis] Quia gratia stat cum caritate.
e Præcedētium baptismū] Nec etiā quod illius fuit causa fictionis in baptismo. Verbi gratia, aliquis ante baptismum commisit septem peccata mortalia, & veniens ad baptismum de sex attritus, septimū actu placet, vel de eo minimè atterit, illud septimum solùm est causa fictionis in baptismo. oportet ergo, quod verè pœniteat de illo septimo, & in se, & inquantū fuit causa eius in baptismo, quod ꝑ tanto dico, quia fortè peccauit nouo peccato mortali faciens irreuerentiam sacramento baptismi recipiendo illud cum tali fictione. Qua recedente Deus confert gratiam in temedium contra alia peccata, quæ fuissent deleta, si affuisset fictio &c. Vide latius Scot. l. 4. distinct. 4. secundo membro diuisionis, & ar. 2.

12 Vtrū Iudæi adulti, aut alij adulti sint compellēdi ad baptismū? Rn̄. de Iudæis tenet Scot. vbi suprà, q sic per dn̄os eorū, pro quo facit tex in c. maiores, de baptis. vbi commendatur ille tex. qui coegit infideles baptizari. Sed ꝯtra est tex. in c. sicut Iudæi, de Iudæis, & 45. dist. de Iudæis, qui prohibet cōpulsionē. Sed ego dico verā opi. Sco. intelligē do de compulsione indirecta, hoc est ita sunt angariandi,[a] & in seruitutē redigendi, q eis veniat volun tas cōuertendi, sicut exponit Greg. sup illud cōpelle intrare. [b] c. pen. 23. q. 4. cū glo. & q. 6. c. iam verò. sed de compulsione directa nō licet, quia Deus voluntarium vult militem. d. c. de Iudæis. similiter idem dico de alijs infidelibus.

47 Vtrũ donatio facta sub modo possit reuocari modo non seruato? ℞. vt colligo ex no. p do. in c. verum. de condi. ap. ꝙ aut modus fuit principalis [f] causa, seu finalis ꝯtractus; & ita p̃t reuocari, [g] vt dicit Bar. in l. 1. §. fi. ff. de dona. facit. l. cũ l. C. de pac. inter emp. & ven. vbi reuocat̃ ꝯtractus noiatus non impleto modo, qñ modus fuit cã principalis ꝯtrahendi. & sic itellige. l. ea conditione, [h] & C. de rescin. ven. aut modꝰ non fuit cã finalis donationis; & sic non reuocat̃ cessãte modo. facit l. Mæuia, ff. de manu. te. vbi libertas legata tribꝰ seruis sub hac conditione, vt alternis vicibus luminaria accenderẽt super sepulchrum eius, non reuocat̃, q̃uis modus non impleat̃, quia tex. non considerat, vt causam finalem libertatis datæ modum, sed vt cãm impulsiuam. & si sumus i [i] dubio, si donatio est in piã

a Loco filij] De hoc verũ monasterium habeatur loco filij vide Bald in aut. ingressi, & in aut. si qua mulier, C. de sa. san eccle.

b Ratione præsumptæ] Idem secundũ Bar. in d. §. imperator, versi quæro, dixi.

c In iurõ, s. si gratus eris] Nam pacta contra leges l. iurisgẽtiũ. § ait ptor, ff. de pactis, & l. pacta, C. de pac.

d Quia æquitati naturali contrarium] Idem tenet Bal. in l. si C. de pac. & hoc quia i uitaret ad delinquendũ contra l. conuenire, ff. de pac. dota. & sic clausulæ appositæ in instrumentis, quòd non possit reuocari prætextu alicuius ingratitudinis, non valet, sicut dicit Pau. de Castr. in d. l fin. se allegat̃ se in quodam cõsilio suo illis diebus. Idem tenet Bald. in l. fina C. de bo. lib. Et Salic. in l. pactum, C. de colla. Spec. titu. de dona. §. 1. ver. quid si actũ est. Et ibi limitat singu. Ioan. An. nisi interponeretur iuramẽtum, quia tunc cum iuramento potest pacisci, ꝙ etiam propter ingratitudinẽ committendam de futuro non potest reuocari donatio per text. not. in cap. quemad. modum, ad fi de iureiu. Sequitur d. Anton. in c. fin. de donatio. Et ibi Imo. in 15. & vl. column. in l. stipulatio hoc modo concepta, de verbor. obligat. & consil. 535. incip. super primo dubio in vlt. col. Quanuis contrarium teneat Ro. in d. l. stipulatio hoc modo, Et in l. donationis. §. 1. ff. de donat. quia similiter est eadem ratio, quia daret materiam delinquendi. Et dicit quòd d. c. quemadmodũ loquitur i delicto de præterito. Sed errat, quia Imo. in vltima parte sui loquitur in delicto futuro. Nec est verum, ꝙ inuitet ad delinquendum, quia, vt ibi dicit text. licèt ille, qui remisit, non possit accusare ad priuatam vtilitatem, potest tamen ad publicam.

e L. ex eo] Ibi stipulatio contra bonos mores non valet.

f Fuit causa principalis] Pone exemplum, dono tibi prædium, vt facias in eo fabricam, vel dono tibi pecuniã, vt eas Romam, & huiusmodi, & scias, quod modus idem est, qđ conditio ob causam, & sic militat titul. de condi. ob causam.

g Potest reuocari] scilicet donatio, si modus nõ seruatur. Et pone exemplum in d. l. cum te vbi si vendidi, vel dedi fundum modico pretio, vt in eo palatium ædificares, non fecisti fundus reuocatur cum fructibus, & sic procedit cõdictio hæc etiam in contractibus innominatis. Et ibi illa vẽditio aliàs non fuisset facta, & est illa. l. fina. secundum Bartol. ibi.

h Et sic intellige l. ea conditione] Ibi habetur casꝰ, quòd si vendidi tibi fundum, vt reipublicæ satis faceres de ea pecunia, quam mihi promittebas, non soluisti, dr ibi, qđ & si possum agere ad pecuniam, non tamen resoluitur contractus, eo qa venditor omnino erat venditurus, & sic cã non erat finalis, dũ ergo dr hic, Et sic intellige &c. Vult concordare illas leges, qa in l. cũ te, cã vẽdendi fuit finalis, in l. vero, eã cõdone, nõ fuit cã finalis. Idcirco in primo casu reuocatur fundus, in secundo nõ, licèt pecunia exigatur vel in d. l. ea conditione, non reuocatur cõtractus, sed agitur ad obseruantiam modi.

i Et si sumus in dubio] Tu dic melius, quod aut modus

cām fauore pię cāç, videbitur contemplata pia cā pro finali cā, vt vř velle Bart. in d.l. 2. §. fi. ff. de donat. aliàs non. Ex his infertur, ꝙ donatio facta ecclesiæ sub mō non reuocatur, si mod⁹ non seruetur, nisi expressum fuerit, quòd possit reuocari, ratio, quia donatum ecclesiæ sub modo, videtur donatum pro salute aīæ principaliter. c. requisisti, de testa. facit gl. ī l. si quis Titio, a ff. de leg. 2. & ideò modus appositus non videtur causa finalis, sed impulsiua, & ideò cessante causa impulsiua non cessat effectus, nisi sit expressè actum, & ꝓ hoc facit. d.l. Mæuia. facit text. in l. legatum, ff. de admini. rerum ad ciui. perti. iūctis, quæ not. ibi Bartol. & in l. legatum, ff. de vsufruc. leg. & Bal. in l. 1. ff. de his, quæ pœnæ cau. reli. & in l cum alienam, C. de legat. Nam in d.l. legatum, & l. legatū, probatur quòd si testator reliquit mille ad honorem suum reipublicæ, vt inde fierent ludi annui, vel fabrica, quæ iure impediente fieri non possunt, quòd illa pecunia cōuertatur ad aliū vsum, qui cedat in honorē testatoris. nec reuocatur legatum, quia ad honorem suum est causa finalis.

48 Pone quòd solus, b prælatus est, qui non seruat modum, nunquid reuocabitur, quando dictum est quod possit reuocari? Respond. Vinc. in capitulo verum, de cōd. appo. tenet ꝙ non, quia delictum prælati solius non nocet ecclesiæ, regula, delictum. lib. 6. Et idē sequuntur doc. communiter c in c. breui. de iureiu. secus, si prælatus cum capitulo. Aduerte, qa aliud est si donatio sit sub conditione, quia si solus prælat⁹ eam non seruat, non valet donatio, ratio, quia in acqrēdis solus prælatus potest nocere ecclesiæ, non in acquisitis, vt no. gl. & do. 16. q. 6. §. fi. & Inno. in c. fraternitatem, d de dona.

9 Vtrum, cum dictū est, quòd possit reuocari, reqratur sententia? e Res. secundùm Inno. in d. c. verum, & Host. d. Ant. & Car. ibidem ꝙ sic. alij, vt Bal. in c. verū, de for. compe. & in c. illud, de præsumpt. tenent cōtrarium, & Angel. in l. pen. ff. de pac. & glos. in authenti. vt de cætero non fiant commutationes, in ver. licentiā §. 1. Sed verius f est primum, quia nemo sibi ius dicit. 16. q. 6. placuit, de praben eum qui, li. 6. C. vnde vi l. si quis in tantam. ꝙ si dictum est, vt propria autoritate, tunc poterit, vt tenet Ho. in d. c. verum, & in c. cum dilecti, de donat. & communiter doc. in d. cap. verum, & ibi Abb. & Bartol. in l. creditores, in 6. colum. C. de pigno. & not. idem Bartol in l. fin. ff. vt in pos. leg. nisi esset sacra effecta, g l. si quis curialis, C. de episcop. & cleri. Limito

modus respicit vtilitatē alterius, q̄ eius, cui datur, Vt do tibi centum, vt emas fuudum Titio, tunc modus præsumitur finalis. l. Titio, in fi. & l. quibus diebus, ff. de condi. & demon. & l si tibi pure, ff. de leg. 3. & sic reuocarentur centum, vel agi posset ad renou. 2. Aut mod⁹ respicit vtilitatē cui datur, & tūc aut ad substātiā actus causa requiritur de necessitate, & tūc cā finalis ꝑsumitur, vt l. sed si mors. §. fi. cū l. seq ff. de dona. inter vi. & vxo. vt do tibi centū, vt domū destructā reædifices. Qnq; ad substantiam act⁹ nō requiritur cā, & dic aut cā respicit animam (vt hic) nā licèt dem ecclesiæ cētū, vt ædificet domum si non ædificat, non agitur ad reuocationē, quia principalis cā donationis fuit animę salus, q̄ non cessat. Si verò nō est causa pia, tūc præsumitur causa impulsiua: & sic potest agi ad reuocationē, vel vt seruetur modus. F. c. t. l. Titio centum, secūdo rñ. ff. de conditio. & demon. & de his vide gl. Cy. & Bal. in l. si mulier, C. de iure dot.

a Glos. in l si qs Titio] Vult, ꝙ relictum pro anima, videtur relictum ad pias causas, & sequitur ibi Bart.

b Pone ꝙ sol⁹] Pone exemplū, Do ecclesiæ fundum, vt non alienare possit; est prælatus, qui alienat.

c Doctore cōiter] Et Pa. ibi in ver. venio ad sar.

d Cap. fraternitatem] Et vide plenius Pa. in c. 1. de do. & contuma.

e Requiratur sententia] Exemplum, Dono tibi domum, vt in ea facias scholas pro studio, & si non facis, ꝙ reuocare possim, non facis, nunquid propria autoritate possim reuocare donationē, an requiratur alia sententia? vel aliter, Dono tibi rem pacto apposito, vt non alienes. Tu alienas; Vtrū propria autoritate possim apprehendere.

f Sed primū verius] Pauor. post D. Ant. in d.c. de fo. compe. dicit, ꝙ contractus, in quo non seruatur modus, ipso iure non resoluitur, sed agitur ad resoluēdum. Ad quod facit, qd⁹ no. Bart. in l. 2. ff. de dona. ante fi. vbi dicit, ꝙ ē spāle in pacto legis cômiliorię, & addictionis in d em, vt ipso iure transferatur dñium, vtputa si dicatur, Vendo tibi hanc rem, & si nō solueris tali die ꝑcium, res sit empta. Ergo in alijs secus; & & sic reseruatio manuum, seu apprehensionis ꝓpria autoritate non vř possibilis, ex quo dominiū remanet penes donatariū. Agi ergo dē. primo ad dissoluendū, & postea rem cōseq poterit. Sētiūt hoc dñi de Rota dec. 316

g Sacra effecta] Secus esset, si efficeretur ecclesiæ talis res, qa tunc virtute pacti factū propria autoritate possem apprehendere, sin

nisi esset de facto resistens, qa tūc pactū nō valet, vt dicit Bar. in d.c. creditores.[a] pstaret.n. materiā veniendi ad arma, quod non licet.

50 Quid si donatū aliquid sit ecclesiæ, vel alteri cū pacto, qđ non possit alienari? Res. fm do. Ant. in d.c. verū, de cōd. appo. qđ aut ponit post contractū donationis, & non impedit alienationē, nec aliqd operatur circa ɔtractū. l. donatio perfecta,[b] C. de dona. quę sub mō, aut añ contractū perfectū, i. ante traditionē, tamē post obligationē, & tūc fm Car. in d c. verū, nihil operaē tale pactū p gl. in l. vnica. §. accedit,[c] C de rei vx. act. aut pactū apponiē tpe cōtrahendę obligationis, & tūc aut rseruat sibi aliqđ ius ĩ re quā tradit ꝓ obligatiōe & ēt apponit ꝓhibitionē de alienatione, & tūc ñ valet alienatio l. si creditor §. fi. ff. de di. pi. iūcta gl. ibi. fm literā Pisanā, q̃ hēt literā negatiuā, s. nullā[d] venditionē esse, aut nullū ius sibi reseruat, sed alteri, & tunc fm d. Ant. eadē est rō, vt nō valeat alienatio, aut nec sibi nec alteri reseruat ius ĩ re donata & tūc si alienatio sequaē, valet, sed aget q pactū apposuit ad æstimationē l. ea l. C. đ cond. ob cau. & l. pe. & ibi Bar. ff. de pac. aut apponitur ꝓhibitio de alia re non alienāda & non valet tale pactū, & ita loqē d. l. pe. nisi paciscētis intersit de non alienādo, qa aget ad interesse, ita not. in d. l. pe. & hoc verū in priuato. In ecclesia aūt, si alienat, sp vr̄ interesse dantis cum tali pacto de ñ alienando, quasi sit fauorabile aīæ dantis, nisi qñ alienaret in casu necessitatis. Intellige, quādo aliter ꝓuideri non p̄t, quia sic donator, si non voluisset, turpiter intellexisset, nec valuisset ꝓhibitio. c. sicut hi. 47. di. cū ibi no. in gl. c. 1. 83. di. vel quādo alienaret ob magis piā cām fm d. Ant. vbi s. facit c. licèt, de reg. c. ꝓuenit, el 2. de iureiur. & c. auiū. 12. q. 2. C. de sac. san. eccl. l. sancimus,[e] quamuis alij teneant in contrarium.[f]

51 Sed qd si dictū sit, q non possit alienari, & si alieneē, tūc liceat ipsi & hæredibus suis fundū ad se reuocare? R. Iuristæ ɔmuniter tenēt, q non possit alienari, sed Bar. Brix. in q. suis q. 4. tenet, q de æqtate canonica p̄t ob piā cām, quando alia non hēt, q̃ commodè possit alienare, & idē tenet gl.[g] in c. imperator Leo. §. hoc ius, in ver. ab imperiali. 10. q. 2. & no. q hæc suprapolita distinctio valet de oī contractu, in quo ab hoīe alienationis ꝓhibitio apponitur, si aūt ꝓhibitio fit a lege, & tūc nulla ē alienatio, in l. quēmadmodū, C. de agri. & cē. & col. li. 11. & c. ecclesia sanctæ Mariæ el 1. & ibi Pa. vt lit. pen. si aūt ꝓhibitio talis ponitur ad hoīe in viā testamēti, vel vltimæ voluntatis, tunc dic, vt in l. filiusfam. §. diui, ff. de leg. 1. & dr̄ ibi, qūo sine cā non p̄t, oportet ergo cā exprimaē ab ipso testatore, puta vt remaneat in familia, & hmōi, vide diffusè ad propositū nostrū infra legatum. 2. §. 11.

52 Vtrū ꝓhibiti donare donatione mera, ɔditionali, vel sub mō, ꝓhibeāē donare pp benemerita q̃ dr̄ remuneratiua? Res. q non qa non ē ꝓpriè donatio, vt colligiē ex d. l. Aqlius regul⁹, ff. de dona. & qđ no. in ca. si quos. 12. q. 2. & in c. consensus, de re. eccle. non alie. & Bal. in l. iubemus, C. de sac. san. ecc. nisi ꝓhibeātur donare, qa non habent administrationē in reb. liberā, quas volunt donare, sicut sunt primi. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. & 11. 12. 17. vel ꝓhibeantur donari pp legitimā cām, sicut sunt. 14. 20. 21. 22. vel q non pñt donare nisi in damnū aliorū, vt sūt 19. vide ēt q dico infra imunitas. §. 53. aduerte hic, qđ ista verba, quādo quis dicit se donare pp benemerita, si ꝓferantur ab eo, q liberè p̄t donare, tūc inducunt ꝓbationem inter easdem personas, sed si de necessitate equire enē benemerita, vt valeret donatio, tūc nō sufficiūt talia verba enūtiatiua,

quia

Bar. in d. l. creditores, & Pa. ĩ d. c. verum.

a Bar. in d. c. creditores.] In. 6. col. tractat, an iudex possit darē licētiā ingrediēdi possessionē autoritate propria: & dicit q ñ, si valet dare cum inuenit resistētē, vt ibi p eū. Et facit. l. conuenire, ff. đ pactis dota. Et l. nō ē singulis, ff. de reg. iur.

b L. donatio pfecta.] alias pfecta donatio ɔdōnes postea nō capit.

c §. accedit.] In vers. fecerit, qua dicit, q si ꝓmitto tibi dotem, & cum trado, volo pacisci, vt reddatur mihi, pactū nihil operatur, & facit l. ex morte, in fin. C. d. pactis conuentis tā super dote, quā super dona.

d l. nullā] in lib. pādectarū vr̄ dicere, malā vt refert Bar. in l. pen. ff de pac.

e L. sancim⁹.] In his iurib⁹. habetur posse fieri alienationē i mel.⁹, & q possit vēdi calix ꝓ redemptiōe captiuorū, & hmōi, & sequitur hāc opi. Pan. in d. c. vero. n, de cond. appo. in fi.

f Teneant ɔtrariū.] De materia isti⁹. §. hr̄, p no. p Inn. & gl. & doc. in c. Rainald⁹, đ test. & in l. fi. C. đ re. alie. ñ alie. & in l filiusfa. §. diui, de lega. 1.

g Et idem tenet glos.] In fine, loqtur tñ rex. de pcepto papę, & sic de lege diuina.

quia non probant beneme rita præcesſiſſe.l.ſi fortè,ff. de caſ.pec. & ibi Bart. hoc dicit,faciunt no. in l.ſi donatione,C. de collatio.

53 Verũ talis donatio, remuneratiua poſſit reuocari pp cās,qb.reuocat alia mera,vel ꝯdõnalis, vel modalis,de qb.dictũ eſt § Reſ.ꝙ non,vt in l.ſi pr̃,ff. đ dona. tenet Pa.in d.c.fi. qa ſm eũ iura ſcripta loquẽtia de donatiõe ñ habẽt locũ in hac donatione remuneratiua, quia non eſt ꝓpriè donatio.

54 Vrũ donatũ ꝯſanguineo in dubio ꝓſumaẽ donatũ reſpectu ꝯſanguinitatis? ℞.ꝙ ſic.& nõ reſpectu remuneratiõis,tex.ẽ i l.tutor § q a tutorib.ff.de exc. tut.

DONATIO. II. cā mortis ẽ,cũ qs magis vult habere ſe,q̃ eũ, cui donat, magiſq; eũ,cui donat,q̃ hæredem ſuum,dicit tex.in l. 1.ff.de dona.cā mor.& in l. ſenatus.§.dona.c. ti.

1 Tres sũt ſpẽs donationis cā mortis. Quædam fit,qñ imminẽte periculo mortis, ita dat,vt ſtatim ſit accipiẽtis.Alia nt nullo metu ꝑſentis periculi, ſed ſola cogitatiõe mortalitatis vt ab hoĩe ſano.Tertia ſpẽs, cũ donaẽ cā mortis, nõ vt ſtatim fiat accipiẽtis,ſed tũc demũ,cũ mortuus fuerit l. 2. ff. eo.ti.

2 Cõuenit donatio cā mortis cũ donatione ſimplici, qa vtraq; donatio ẽ. Itẽ qa vtraq; inter viuos ꝑficiẽ,& tradiẽ.differt qa iſta ex pnia reuocaẽ,illa ñ,vt l.qui mortis cauſa,ff.eo.Itẽ qa in iſta quinq; teſtes, ĩ illa duo ſufficiũt,vt l.fi.C.e.ti.in dubio ꝓſumiẽ donatio inter viuos niſi probetur contrarium, vel ſit facta mentio de morte,vt no gl.r.in d l.fi.

3 Qũo dignoſceẽ a legato? ℞ ꝙ ſi verba sũt cõia,ᵃ vel ęquiuoca, tũc ꝑ traditionẽ rei,vel ꝑ obligationẽ,ᵇ qua ſe obligat legatario,cognoſciẽ,aut qñ nullũ iſtorũ interuenit,dr̃ legatũ,vide qđ legitur & not. in l. 2. & l. Marcel.ff.eod.tit.

4 Conuenit ĩ multis cũ legato,qa vtraq; ẽ vltima volũtas.itẽ qa vtraq; qnarium numerũ teſtiũ req̃rit. Item qa ĩ vtraq; ſubſtitutio locũ vẽdicat,vt ĩ l.1.C.e. Itẽ qa nec inſinuationẽ exigit. d. l.fi.itẽ quia ñ eſt ꝑfecta niſi morte ſecuta,vt ff.eo l.ñ vr̃ & multis alijs,de quib.dic, vt no ĩ d.l.Marcell⁹, & l.fi.

5 Differt a legato, qa legatũ fit nolẽti, ſed ñ donatio cā mortis. Itẽ ſcp⁹ donatũ cā mortis tradiẽ a donãte, ſed legatũ ñ.Itẽ qa donatio ĩ ſingulos annos eſt vna, legatũ verò plura.l.ſenat⁹ §.ſi qs mortis cā,e.ti.Itẽ filiuſfa.ñ legat,ſed donat cā mortis,đ ꝯſenſu patris.Itẽ licẽt teſtm̃ ᶜfalſũ ſit,vel nullũ,donatio tenet,licẽt ñ legatũ ff.đ his q vt iud.l.legatũ.§.pe. & multis alijs đ qb.vi.p rotũ.iſtũ.ff.& C.

6 Qũo reuocatur?Reſ.ſm gl.in l.non omnis,in prin.ff ſi cert.peta. ꝙ tribus mod s, tex.eſt Inſti.de dona.§.1.Primus,ſi donatarius ꝓmoriatur, ᵉ quàm donator. Secundus,ſi pœnitet donaſſe. Tertius ceſſante conditione, ᶠ ſub qua donatio facta fuit.

Quid

a Sunt communia.]Puta,verba,quę poſſunt conuenire & legato,& donationi cauſa mortis,vt ſi dicat, volo dari talem rem Titio, & huiuſmodi,æquiuoca verò,vt ſi dicat,Relinquo Titio.10.poſſunt enim accipi pro donatione,& pro legato.

b Per obligationem.]Puta,quia facit inſtrumentum particulare, in quo obligat ſe & ſuos hęredes, & hmõi.Si igitur ſunt verba per q̃ non poſſit conie-cturari, ꝙ ſit donatio cā mortis, erit legatũ. & ſic no.ꝙ poti⁹ actus erit interpretand⁹, ꝙ ſit donatio cā mortis, quàm legatum,quãdo quidem vt ſit legatum,oportet, quòd verba ſint clara.

c Teſtamentum falſum.] Gloſſ. in §. hæ mortis cauſa,Inſtitut de dona. in ver ſe ẽ legatis,dici, Itẽ ſi teſtamẽtum ac cuſo, perdo legatũ, non donationem (ſi tamẽ accuſo vt falſum) at ff. de his qui, vt ind.g.l.poſt legatum § q morte, & ſic debet intelligi quod hic dicitur.

d Et multis alijs.] De his differentijs vide in d.glo.Inſt tut de dona.in ver.ferè legatis.

e Præmoriatur] Et tũ non tranſmittitur ad hęredes donatarij,vnde ſi in donatione cauſa mortis fiat mentio hæredum dicendo,do no cauſa mortis Titio,& hæredibus ſuis, ꝙ iſta mẽtio hæredum daret intelligere non eſſe donationem cauſa mortis,ſed inter viuos, rum donatio cauſa mortis non trãſmittatur ad hęredes donatarij,hoc ſing.tenet Bal in l.1.C.de iu. dp.& ibi Sal & Alex conſi.14.inci circa princi.in.1. vol.& co 76.in 4 volu.& Fran. Areti.conſ.74 inci. diligenter & maturè.Ad hoc vide Iaſo.in l.non omnis,in 2. notabili,ff.ſi cer pet.

f Ceſſante conditione.] Reuocatur donatio cā mortis, quando donator conualuit de infirmitate, vel liberatus eſt a periculo. l. non omnibus,ff. ſi cer. pet.intelli ge tamen ſanè hoc procedere, quando donator talẽ donationem fecit conſtitutus in infirmitate, vel periculo, qa ceſſante infirmitate tanquã ceſſante cauſa reuocatur. ſed ſi ſan⁹ donaret, deinde poſt incideret in aliquam infirmitatẽ,& ſanaretur ab illa, non propterea reuocare tur donatio tex. eſt ſolẽnis in l.ſi is ſetu⁹,i ver.aut ſuſpitione mortis,ff.de dona.in ter vi.& vx quẽ tex.allegat Pau. de Ca.in d.l non omnib.facit tex. no.in l.apud Celſum §.1.ff de exce.do.ſecũdo nõ reuocatur ceſſante infirmitate,qñ donator expreſsè faceret pactũ in cõtrariũ, tex. eſt clarus in l. ſi alienam.§. Mar-

cellus. ff de donat. causa mor. Tertiò non procedit tex.in d.l.non omnibus,in testamentis, vel legatis, quia non reuocantur cessante infirmitate, licèt fuerit infirmitas causa condendi testamentum, & legandi,tex.est sing.in l.fin.& ibi Bald. & alij ad hoc not. C.de postu. hær.

insti.Bal. & Moder.in d.l.non omnibus, & Cyn. in l.fin. C.de dona. causa mor. Bart. vbi no.limitat in l.alumnę.§ fin.p illum tex de edi men. leg. & in l. pōt quis,in prin. ff.de hære.instit. Alexan.in l. sancimus.1.no C.de testa. Reuocatur etiam donatio cā mortis, si testator postea volun tariè elienauerit sicut dicimus in legato.l fideicō. nisse.§ si rem, ff lege.3. l. rem legatam, ff.de adi.

7 Quid si iurauit non reuocare? Res. q pt reuocari in duobus casibus. Primus ex noua cā,vt infra sepultura §.40.Secundus,si donauit omnia bona præsentia, & futura, quia tunc iuramentum induceret votum captandæ mortis, & ideo non tenet,a quia esset vinculum iniquitatis,petet tamen prius absolutionem a iuramento,secus, si donasset solū pñtia,qđ intelligit, quando quis donat oīa bona sua, non addēs futura, quia tunc non reuocatur,

men.lega.& multo fortius,cum sole pœnitentie donatiu causa mortis reuocetur. Ista fuit decisio Din. in l. Stichum, qui meus erit.de leg.1. & ibi Bald.& Mod.& Alex.in l.non omnibus,ff h cer.pe dicunt esse aureum dictum,sed re vera est quasi indubitabile, hoc,vt patet & confirmatur,quia donans alienando dicitur pœnitere.l cum hic status § si meritue, ff.de dona.inter vir.& vxo.& eo.ti.l.vxori,& per hoc infertur, q quemadmodū legatū reuocetur per inimicitiee capitales,quæ postea interuenerunt inter testatorē & legatariū.l.4 §.fi.cum l.seq.ff.de edimē.lege.

a Et ideo non tenet]Donatio de bonis præsentibus & futuris non firmatur iuramento, quia est contrá bonos mores,fecie regula,non est obligatorium,de reg.iur.lib.6.& tenet hoc Bald.Salic. & Moder. in l. fin.C.de pectis,& ibidem Bar.in 3.col.& in l.stipulatio hoc modo concepta,de verb.oblig.Ieson,& Bel. in l.pactum,C.de collat. Et vide Alexā in 3.volum. con.18.ponderetis verbis instrumenti, in ver.istem conclusionem, vbi ad hoc alleget multos doc.vide Ies.in l. ..C.de pect. & in d. l. stipu'atio hoc modo, in 4.col.de ver.obliga. Adde Bart.in l cum duobus, §.idem respondet,ff pro soc.vbi dicit, quòd si quis iurat non reuo... testamentum, quòd poterit absque periurio reuocare.Ad idem Barto.in l.si quis in prin.de legat.3.Et dixit Bald. in cap.1.§.item sacramente,de pac.iur.firman q si quis iurauit non reuocare primum testementum,si facit secundum, tenet, quia inter hæredem & testatorem non est obligatio quę possit tali iuramento firmari, vnde ex quo non surgit ius aliquod per tale iuramentum, vt in simili dicimus in eut.decernim',C.de aebitris,facit ratio, quia non pōt iurans facere, q leges non hebeane locum in sue dispositione.l.nemo potest,de legat.1.l. iue publicum,ff de pect.Tenet hoc Cyn.in l.1. C. de sacr. sanc. ecclesi. Ex hoc deciditur quæstio de facto

in Rege Aragonię,qui habens duos filios, vni ass gnauit dictum regnum. Alij regnum Meioricarum & iurauerunt dicti fratres dictam diuisionem ratam habere perpetuò,autoritate interueniente & cōsensu dicti regie.Postea idem Rex facit inter filios quesdem substitutiones, quærebatur quid iuris.Et dicit Bal.sequendo Oldra. quòd ista disputatio est ordinatio supremi iudicij dispositionem, seu ordinationem præueniens, et. l. tale pectū, ff. de pect. & quod tale iuramentum non impediat secundum testamentum,tenet etiam Bald. in autenci.sacramenta puberum, C.si aduer. vend. circa quartā col. vbi dicit,q iuramentum non pōt tollere,quin vo-

de qua vide qđ legitur, & no.in l.fi.C.de pa.& l.stipulatio hoc mō.ff.de ver. ob.

8 Quis potest donare causa mortis?Res.q omnis.qui testm̄ facere non potest,nō potest donare cā mor. Excepto filiofa.q licèt testari nō possit ēt iubente pře,potest tamen donare causa mortis patre permittente.l tam is ff.e.ti.Itē qui non potest donare inter viuos, non pt donare cā mortis.l.filiusfa. ff.de don. vnde dicit Bald. in libro.de consuetu.feu.in rub.de prohi.feud alie.per

luntas testatorie non sit ambulatoria vsque ad mortem,vnde est cōtra bonos mores.l stipulatio hoc modo,de verbor.obli.Et allegat se dixisse in l.1.C.de sacro sen.ecc.Idem Bal.in aut.hoc inter liberos, C. de inofficio.teste.Et idem tenuit Imo. in cap. cum contingat,primo membro,de iureiur.& Alexand.in epostil. ad Bert in d.§.idem respondet, adde tamen,quòd illud iuramentum fuit temerarium, & sic peccatur iuxta note. in capitulo.si verò,de iureiurand. Item licèt donatio omnium bonorum præsentium & futurorū facte priueto non teneat, quia induceret votum captendæ mortis, tamen si sit facta ecclesiæ,vel pio loco,valet,Ita Bart licèt sub dubio.in l.final.C.de pact. sentit Beldus in authenti. si qua mulier,in vltim.columna C.de sacr sanct.ecclesi & in l.1.ff.pro socio,per text.optimum in l.iubemus nulli, in versicul. petrimonium suum,C.de sacro.sanct. ecclesi. & hanc sententiam tenet Panormitan. & reputet eam sing. in ca. fin.in primo notabil.per illum text.cum gloss.de suc cesab intesta. & plenius in capitul.in præsentia, in 4. & 5.columm. de probat. per illum text cum gloss.& ibi Bal.Et pro hac opinio.adduco text.ineuitabilem in d.l.iubemus in versic patrimonium suum. secūdo fecit,quia in dubijs tenenda est opin doctorum,quæ magis fauet ecclesiæ, secundùm Hostien. in capitulo rursus,qui clerici, vel vouen. E est text. in l. sunt personæ, de religiu. & sumpti. fune. Et vide d. Iaso in d.l.fine.C de pect.contrarium tenet Ange.consilio.18 t. visis instrumentis, Roman. & Alexand. in l stipulet o hoc modo, de verborum obligationib. Roma.in repcteutent.similiter,C.ed l.Falci.ibi,secundo speciali pię causæ inter contractus. Petrus de Ancharan. consil.119 De primo dubio. Facit pro his doctor quia ratio,quare non valeat donatio præsentiū & futurorum bonorum inter priuatos est, quia aufert testamenti liberam facultatem, & sic est

contra

Fed.ca.1. [a] q quando nomen donationis ponitur phibitiuè, tūc includitur ēt donatio causa mortis, puta statuto cauetur, nè mulier possit donare, vnde nec ēt causa mortis, qa a quo remouetur genus, & quælibet eius species, d. l. filius famil. §. pari ratione. sed qñ nomen donationis ponitur permissiuè, tunc non includitur donatio cā mortis, qa non est propriè donatio vt l. 1. §. 1. ff. de dona. vnde feudatarius, cui a dño permissum est donare, non pōt donare cā mortis feudum.

9 Verū donatio cā mortis, valeat facta ab eo, qui capitale crimen commisit? Resp. q non, siue sit facta ante crimen commissum, siue post, [b] siue ante sentētiam, siue post, cum & testamentum rūpatur, & omnia publicent, vt ff. eod. l. si aliqs. Fallit in re donata vxori, facta añ reatū cōmissū, sed non postea, vt ff. de dona. inter vi. & vx. l. cum hic stat⁹. §. si maritus, est tex. cum gl. in l. res vxoris, C. de don. inter vir. & vxo.

DONATIO III. iter virū & vxorē ↄstāte matrimonio non valet; rō est, nè mutuo amore iuicē spoliarentur, donationib. non tēperātes, vt ē tex. in l. 1. ff. eo. itellige, si alter sit ditior & alter pauperior, vt in ca. dona. de donat. inter vir. & vxo. qd intellige verū ī donatione pura & simplici, d̄ qua s̄. donatio. 1. in prin. sec⁹ in donatione remuneratiua, quia ñ phibetur, vt in l. qđ añt §. si vir, ff. eo. ti. vbi patet, q si vir donat vnā rē vxori, & vxor aliā viro, fit hinc inde ↄpensatio. [c] & p hoc notabiliter dicit Bar. in l. si diuortio. [d] ff. de ver ob. & ē gl. ī l si volū are, C. de do. pro. q plebei⁹ pt ↄstitue

contra bonos mores, ergo etiam & multo magis nō debet valere in ecclesia. c. 1. §. si clientulus, de alie. feu. Nec videtur valere fundamentum Bartol. dum dicit, quòd si licet dedicare se suaque ecclesiæ, ergo potest donare præsentia bona, & futura, Quia illud ideo procedit qa bona veniunt in cōsequentiam personæ, autent. ingressi, de sa. san. eccl. etiam si nihil dicat de bonis, capit. quia ingredientibus. 19. q. vlti. & autent. si qua mulier, de sac. san. eccle. Sed multa permittuntur in consequentiam, quæ de se non permitterentur. l. quædam, de acqui. rerum do. l. in modicis, ff. de cōtrahen. em. glo. no. in c. quædam, de simonia, hinc videmus, q licèt minor habens curatorem non possit alienare bona immobilia absque decreto iudicis l. magis puto. § ne passim, ff. de re. eo. l. lex, quæ tutores, C. de admini. tuto tamē ingrediendo monasterium bene potest se & sua dedicare monasterio d. auth. ingressi, & c. in præsentia, vbi Cano. dummodo sit maior. 14. annis. Et respondet Ludo. & Alexā. ad d. l. iubemus, quòd ibi intelligitur de patrimonio de pręsenti. Sed hæc responsio non valet, Quia patrimonium est nomen vniuersale, sicut hæreditas, & peculium, l si peculium, ff. de pecu. Tene primā opi. quia videtur ęquior.

a C 1]7 colum. versi. quæro de vasallo.

b Siue post] De hoc vide Bar. in l. post contractum, ff. de donatio.

c Compensatio.] Donatio reciproca facta inter coniuges constante matrimonio isto modo, si contingat alterum præmori, superstes habeat bona, valet, & tenet, non est mera liberalitas, secundùm Cy. Bal. Sal & Ruder. in l. si pater puellæ, C. de inoffic. testa. & de hoc videtur text. in d §. si vir, hic allegato, propter quem dicit Rom. in sing. se mirari de Bald. qui innititur autoritati Cy. quandoquidem sit ibi text. formalis. Sed tu dic, quod Bald. neglexit allegare illum text. quia nihil ad hoc facit. Loquitur enim quando donatio est reciproca, & hincinde tradita, vnde, quia nullus fit pauperior, meritò statim valet. sed in casu isto, licèt sit donatio reciproca, non tamen statim habebit effectum, sed expectatur mors in vno, quanuis incertum sit in quo, confirma tamen istam cōclusionē primo per ea, quæ habes in quarto effectu antidotali, secundo, nam qui conuenit, nè teneatur de euictione, tamen re euicta tenetur ad rationem precij. l. emptorem. §. fin. ff de act. emptio. & infra emptio. §. 21. tamen vbi est mutua traditio, & ita conuētum, re euicta nō tenetur etiam ad pretium, gloss. est sing. in l. si familiæ, in gloss. 2. magna circa mēdium. C. fami. erci. Tertio facit quia licèt de iure ciuili ex instrumente promissorio non subsistēte alia causa non oriatur obligatio, vel actio. l. vt iurisiurandi, in prin & ibi Bar. ff. de ope. lib. & Barto in l. siquis pro eo, in princi. ff. de fideius. tamen e 1 quando partes inuicem iurarent, orire tur de iure ciuili actio præscriptis verbis ppter vicissitudinem, ita sub dubio tenet Bald In c. 1. in §. item sacramenta, in vlt. colum. de pa. iu. fir. Quarto facit, quod tenet Angel. consi. 260. punctus est, in anno domini. pe. col. quia licèt promissio vnius principis facta alteri de non acceptādo bannitos, vel alios rebelles intelligatur de his, qui de præsenti banniti sunt l. si ita. ff. de au. & arg. leg. Tamen mutua promissio facta inter duos principes, vel duas ciuitates refertur etiam ad futuros ratione vicissitudinis, quia non affert plus damni, vel odij, quàm commodi vel fauoris, allegat bonum tex. in l. 3. ff. pro socio. & ita dicit fuisse de mente Bar. in d. l. si ita, intellige tamen quod hic dicitur si donatio reciproca est facta simul eodem tempore sec⁹, si ex interuallo, quia neutra valeret. l. quæ iam nuptæ. ff de donatio. inter virum, & vxorem. quem text. ad hoc reputat singula. Roman. in singularibus suis.

d Bar. in l. si diuortio.] Concor. Bar. tenet Bal. In c. si cautio, in 1. col. de fid. instrum. vbi tenet, quod talis confessio dicitur simulata, vnde donatio nihil valet, & semper poterit opponi donationis simulatio, quia nūquam fuit animus obsignandi. Ita dicit esse glo.

glo. in d. l. si voluntate, C. de dot. promiss. vbi Bal. tenet contra Bartol. & ibi hoc tenet Cy. Idem voluit Bald. in cap. super eo, secundo de testi. do. Ias. in d. l. si diuortio, dicit, quod data in æqualitate semper in dubio debet presumi donatio facta animo remunerandi, quia licèt in dubio non præsumatur donatio l. cum in debito, ff. de probatio. & potius debet præsumi stultitia, quam donatio, dixit Baldus in l. generaliter, C. de non nu pecu. tamē donatio remuneratoria debet præsumi. l. si verò not §. idem Papinian. ff. mādati. Voluit Bal. in l. 1. C. de donatio. ante nupti. & Alexand. in d. l. si diuortio, in fin. vide Feli. in d. ca. super eo, de testi. Abb. tenet hanc opinio. in c. fina. de donatio. inter virum, & vxorē. Et adde, quod isto casu mulier illa nō habebit dotem, & sic cōfessatam priuilegiatā. Ita Ange. consi. 178. inci. præmitto ad euidentiam. Ad. de Ange. consi. 5. inci. And. Io. Anchar. consil. 130. & vide d. Ias. in d. l. si diuortio votentem nouo fundamento tenentē cum Barto.

a Remuneratiua] Adde §. in prima constitutio. fforum vlt. col. ver. primo probo. vbi dicit, quod pro remuneratione

re dotem nobili, cui nubere vult animo donādi, licèt confeœatur in tempus matrimonij, quia est remuneratiua [a] & non simplex. Facit ad hoc. l. Aquilius, ff. de do. Et sic limita iura prohibentia donationem, nec solùm prohibetur inter vi. & vx. sed in eos, qui ad eos pertinēt etiam, aut interpositas personas, vt l. si sponsus. §. generaliter, ff eo. tit.

1 Quid si viro mortis cā douare volenti mādat vir, quod donet vxori? Resp. quod donatio est nulla, quia videtur, ac si vir donaret. l. idemq;, ff. eo. ti. secus si volenti legare mihi mando, quod leget vxori, non facit donationē inter vi. & vxo. l. sed si vir. § quod legaturus, ff. eo. Rō quia in donatione cā mortis, ēt sine traditione transfertur dominium, reuocabitur tamen l. 2. ff. e. [b] ti. secus in legato, quod cedit solū a tpe mortis, vt l. a Titio cū sim. ff. de fur. iō in primo casu quæsito dominio viro nō pt, sed in secundo sic, quia non acquirit nisi morte secuta. Hoc limita verū qn iā donauerat cā mortis, sed qn solū disposuerat donare valebit, si mutato proposito ad instantiam viri donat vxori, quia sic ratio cessat diuersitatis de legato.

2 Vtrū vniuersaliter non valeat donatio inter vi. & vx. Rx. quod non, sed fallit in 8. casib. Primus in donatione imperatoris facta coniugi, vel econtra, est tex. in l. pe. C. e. ti. Secundus, si ædes vxoris incendio exustæ sunt, donatū ad earū extructionē a viro valet inquantū ędificij extructio expostulat [c] l. quod si vir, ff. e. ti. Tertius pt tc st maritus constāte matrimonio remittere vxori dotem sibi ab ea promissā in toto, vel in parte, vt ē gl. singu. & ibi Cyn. & Bald. in l. si constante, C. de do. ante nup. sed remissio alteri⁹ debiti non valet, sicut nec assignatio alterius debitoris, qa hęc oīa donationes sunt, dicta l. si spōsus. § si debitor. Quart⁹, si ex tali donatione non fit pauperior, qui donat, quanuis, cui donatur, fiat ditior, vt si maritus institutus hæres ab aliquo nō adijt hæreditatem, vt ad vxorem substitutā perueniat, vel si repudiet legatū, vt remaneat apud vxorē oneratā pro legato per testatorē, vel si rogatus restituere hæreditatem vxori non detraheret, quartam causa donationis vt in l. si spōsus. §. si maritus hæres, ff. eo. vbi tex. neq;. n. pauperior fit, quod non acquirit, sed quod de patrimonio suo deposuit, idē dicas, qn donat [d] rē alienam l. sed & si constante, ff. e. ti. Intellige in tali casu, quo ipsē donās n̄ teneat̄ restituere, vtputa de Inia dñi dātis sibi liberā facultatē donādi donauit. Quintus, si cui donatum est, non fit ditior, quāuis donator fiat pauperior, vt si donauit ad emēda vnguenta. d. l. quod autem. §. 1. Idem, si donat vxori pecuniam, vt pro cognato suo sportulas soluat, quanuis ipsa vxor pecuniam ipsam mutuo fuisset acceptura. d. l. si mulier, ff. eodem titul. idem dic, si soluat vectigal. pro ea sm Ho. in sum. de do. inter vi. & vx §. quo. Idem, si dat ad oblationes faciendas, vel aliam piā causam sm eundē, [e] hrs aūt vxoris si expenderet inutiliter, non propter hoc minus teneretur, vt in l. quod de bonis. ff ad l. Falci. quia satis est, quòd donatarius effectus est locupletior, vt no. Pan.

pōt alienari a[illegible] prohibita pro texte in l. iubemus nulli, & ibi ipse not. C de sacrosanctis ecclesijs. & vide Bar in l. ambitio sa, ff de decre ab or. fac. & in l. iusta, ff. de manu. vind.

b L. 1. ff eodem] scilicet de donation. causa mortis. & lòquitur in secundo modo, de quo in §. 1 supra in ver. Donatio, secundo.

c Et postulat] qa non videtur fieri locupletior, cum de suo tantu ami serit.

d Quādo donat] eadem est rō, qa vir non fit pauperior, vnde potest vxor rem illam sic donatam vsucapere.

e Secundū eūdē] Donatarius expēdit in causam vtilem, dicitur fieri locupletior, secū dū Ab. in c. si extra eo. secus, si expendit in causam inutilem fallit tamē in hærede vt hic, id est quia si expendit inutiliter, vt in conuiuio, quia reuocaretur.

Pan.in d.c.donatio, eo. tit. 6. quãdo donat in tempus finiti matrimonij, vt tunc res fiat mariti, vel vxoris, cum mors fuerit secuta l. sed interim, in princi ff.eo. Septimò quãdo donat causa mortis, cuiuscunque speciei sit ista donatio cã mortis, vt in d.l. sed interim, in princi. nisi ita fiat, vt nullo modo reuocetur, quia non valeret secundũ glo.in d.l. sed interim. Octauò quando vxor donat viro causa dignitatis, [a] vel honoris adipiscendi l. quod adipiscendæ ff.eo. tit.

3 Quomodo confirmatur donatio inualida inter virum & vxo ? ℞. ꝙ in duobus casibus. Primò morte donantis, & non reuocãtis tacitè vel expressè, vt l.1.& 3.C.eo.tit.& d.c. donatio. limita verum, ꝙ morte cõfirmatur in donatione, quę non est vltra 500. solidos, quia si esset vltra 500. solidos, & sit facta sine insinuatione, non cõfirmatur morte, nisi expressè tunc approbauerit.[b] si approbauit expressè in morte, valebit vt legatum, quod non indiget insinuatione; aliàs non, secundùm gloss. & Ioan.An. in d.c.donatio. Item ꝙ non fuerit facta simplici promissione, quia si sic, non valeret l.Papinianus.ff.eo. & ibi Bar. dicit verum, nisi interuenisset traditio vera, vel ficta, puta quia confitetur se habuisse, quia sic confirmaretur. requiritur ergo traditio in vita donãtis, vt donatio morte confirmetur, vt infra, pactum.§.15.

4 Sed dubitatur, an intelligatur iste casus de morte naturali tantùm, ꝙ confirmet talem donationem? ℞. ꝙ non, sed etiam de ciuili, distinguendo tñ, quia ex illa, qua perditur libertas, & seruus efficitur hominis, perimitur donatio, vt l.cũ hic status.§.si donatur, ff.e. Sed ex illa, qua efficitur seruus pœnæ morte confirmatur, vt C.eo tit.l.res vxoris. Ratio diuersitatis secundũ glo. in d.l. res, est, quia vbi efficitur seruus hominis, est dominus, qui potest reuocare, sed non vbi efficitur seruus pœnæ. Hodie tñ ex delicto non debet quis dãnari, vt sit seruus auten. sed hodie, C. eo. Ex alia autem morte ciuili, ex qua matrimonium non dissoluitur, vt est deportatio, & interdictio ignis & aquæ, & huiusmodi, nõ confirmatur, sed pendet vsque ad mortẽ naturalem; & si non reuocauerit, tunc confirmatur. d. l.res vxoris. Ex alia aũt morte, qua ingreditur religionem, licèt Vin.in d c. donatio, teneat, ꝙ non intelligatur de ista religione, tñ Io. An.& Car. tenent ꝙ sic, qa ingrediens censet mortuˢ. l.fi.C.de epi.& cleri. & 16. q.1.c.placuit, el 2. Sed opi. Vin.vr verior in matrimonio consummato per d.l.res vxoris, quę requirit mortem talem, qua matrimoniũ dissoluitur, quod non est in ingressu religionis nisi quò ad exercitium. sed in matrimonio non consummato tene opi. Ioan.An.& Car. Secundò confirmatur iuramento ẽm Pa.in d c.donatio, qui dicit, ꝙ hæc est cõis opi.Bar. in l.si quis pro eo, ff. de fideiuss.& in l.Seius, & Augerius.ff.ad l.Fal. idem tenet, sed in l.1.ff.de do. inter vir. & vxo.vr tenere contrarium [c] per rõnem gl. [d] in d. c.donatio, quia vr cõtra bonos mores. Sed dic verum contra bonos mores ciuiles, [e]

sed

a Dignitatis] vt fieret doctor, vel eques. doctoratˢ enim ẽ dignitas. l.fi.C.de Iudæ, & ibi Bal.

b Approbauerit] Sal.in l.donationes quas.ff. & dona.inter vi. & vxo in ver. nam amplioris, p glo. ibi in ver. confir mari concedimˢ. dicit esse verũ, ꝙ talis donatio nõ cõfirmatur morte tacitè, qai duobus peccat, s.rõne rei, qa summa excedit: & rone personæ, qa prohibita; secus tamen, si fuerit expresè approbata, qa valebit, vt dr in d. l. donationes, quas patẽtes. sed d. Frã. Are.consi 17.in cip. põderatis diligentissimè. 3. col. tenet contra riũ, & vr tex.contra gl. & Sal.in l. si quis pro redẽptiõe.§ fi.in ver. sine aliqua distinctiõe, C de dona. vbi dicit p imperator. statuiũ eẽ, ꝙ donatio vltra quingentos aureos sine insinuatione nõ valeat, vltra illos 500. sed bene quoad 500 tenet, & istd procedit sine distinctione. ergo nõ possumus dicere, ꝙ illa donatio annulletur in totũ, si nõ fuerit expressè cõfirmata, vt in d.l.donationes quas, ẽm opin.Sali. & hic, sed pt rnderi. Nã hẽmus regulã, ꝙ qñ lex aliqd disponit, licèt loquat gñaliter, & qũocunq; nunq intelligitur loq in materia, s quã hẽmus legẽ spãlẽ l.in testamẽtis, & ibi Sali.no.C.de ista gl.in l. ẽm, &. ibi Bar.ff ꝙ satis da.cog. Cũ igr hẽmus legẽ in d. l. donatiões dispo nentẽ de tali donatione, ergo illi stabimˢ. vñ talis donatio annullabitur, vt dicitur in text. hic.

c Tenent contrarium] Bar. se remittit ad id, qdˢ no. in l. si qs pro eo, in fi ff.de fide iuss. & sic tenet eandem opin.

d Per rõnẽ gl.] Idem vr tenere Bar. in l.cũ qs decedens §.1. ff. de leg. 3. Idẽ tenet Bal. Sali.& Fulg. in d.l.1.de dona. inter vi & vx. & Ba.in l.si qs ingressus §.fi. d leg. 1.& in l. cũ mulier, C.de do. ante nup.& in repe. l. secundę § princi pali.C.de rescin. ven. idẽ Imo. in c cũ cõtingat.15. col.de iureiu. Pau. de Cast.con.63. incip.super isto puncto. Card. in Cle.1.§ porrò.5. q. de iurein. Sed tu tene, vt in postilla sequen.

e Mores ciuiles]

De iure namque ciuili id, quod est improbum & inhonestum, dicitur contra bonos mores, sed de iure canonico illud solùm, quod inducit peccatum secūdùm Bal. in l. pacta, quæ contra, C. de pac. in 2. not. & in l. pactum quod dotali, io 19. q. C. de colla. & in l. non dubium, C. de legibus, & in c. 1. §. sacram, de pac. iur. fir. & no. in rubrica de cō. di. ob tur causs. Et dicit Pau de Castro, in d. l pacta quæ contra, ꝙ regula, non est obligatorium, in 6. debet intelligi quando est contra bonos mores canonicos, nō autem ciuiles. Et per hoc infert, ꝙ donatio inter virum & vxorem firmatur iuramento. V de infinitas concordantias p Ias in d. l. pacta, & ibi dicit hanc opin. esse veriorem & cōmuniorem. Et eā tenet Bar. in l. Seius, & Augerius, hic. allegata Hanc latè per plura fundamēta tenet Guil. de Cu. & Alb. in l. sed & si possessori. § item si iurauero, ff. de iureiu. Fede. consi. 250. inci. pūctus quęstionis. Bald. in repeti. l. 2. 49. col ver. venio ad secundum, ff. de iureiu. Ang. in l. pen. §. mulier, ff. solu. matri. Latè Iaso. in commento. c. cum contingat, de iureiu. 10 10. membro, & ibi Pa. in 9 col. Imol. & Moder. io l. si quis inquilinos. §. fi. de le. 1. Cum post Bar. in dicta l. si quis pro eo, ff. de fide iuss. d. Abb. consi. 102. inci. factum sic proponitur, Paul. de Castr. in dicta l. pacta, C. de pac. & in consi. 99. incip. notandū est. Roma consi. ex supra narrato, & consi. 193. incip. pręsupposito Alex. consi. 8 incip. Visis & consideratis. Vbi dicit hanc esse cōmunem opinionem, & con. 298. incip. Viso instrumento dona. Franc. Are. consi. 74. inci. diligenter & maturè, vbi pro hoc adducit, ꝙ si esset contra bonos mores naturales, vel iuris gentiū, non confirmaretur morte, quia habet perpetuā causam prohibitionis, l. generaliter, & l. si plagij, de verb. obl. & tamen confirmatur morte. l. Papinianus, cum glo. ff. de don. inter virum & vxorem.

sed non contra bonos mores naturales, contra quos non valet iuramentum; & dic ꝙ confirmatur.

5 Quid matrimoniū non tenuit? R. ꝙ licèt donatio ipso iure valuerit, quia tñ indigna persona eius fuit, qui nec maritus dici pōt, reuocari poterit. l. si ex voluntate, C. eo. ti. Intellige, si ignorabant. si verò vterque scit impedimentū, & matrimoniū non tenere, fiscus repetit. ff. eo. ti. l. cum hic status. §. vlt. & si repeter, poterit tenere bona consciētia, licèt de bono cōsilio deberet dare pauperibus.

6 Vtrū donatio inter sponsum & sponsam de futuro teneat? Res. gl. pręfata ꝙ sic alleg. l. inter eos, ff. eod. vbi dicit tex. valeret, etiā si eodem die matrimonium postea contrahatur.

7 Qūo reuocatur donatio inter vir. & vxor. Res. ꝙ in. 5. Primò per pœnitentiam, d. l. cum hic status. §. ait oratio. Secundò, si alienetur res donata per donatorem l. si maritus tuus, C. de do. inter vir. & vxor. & in d. l. cū hic stat⁹. §. si marit⁹. Tertiò, qñ pignori obligatr̃ res donata a donatorẽ nisi aliud exprimatr̃. d. l. cū hic status. §. si maritus. Quartò, si præmoriatur, qui donationem accepit, de do. inter vir. & vx. c. donatio, & l. a marito C. e. & si moriantr̃ simul, tenet s̃m gl. ibi. [a] Quintò cū diuortium fit ex displicentia. d. l. cum hic status. §. si diuortium, nisi expressè voluerit donationem valere. l. si interim, ff. eod. titul. secus, si causa religiónis, si tamen matrimonium restauretur post diuortium, non reuocatur d. l. cum hic status. §. plerique, & idem dic de donatione inter socerū, & nurum, vel generum, & inter consoceros, quæ copulatos matrimonio in potestate habent d. l. cum hic status, §. oratio & inter patrem & filium non emancipatum. vide gl. in d. c. donatio, quæ hoc tenet, in dubio verò [b] quando præsumatur donare vestimenta, vide peculium. §. 21.

a Secundū gloss. ibidem] Dicta l. cum hic status. §. si ambo moriātur ruina, vł naufragio.

b In dubio verò] Quid si mulieri itineranti ad domum mariti donat maritus, nunquid valeat. gloss quòd sic in l. cum te, C. de dona. ante nupt. Bald. ibi post Iaco. de Are. videtur dicere ꝙ nō. Vide Barba. vbi aliquid per Bal. in ca. iurauit, de proba. & Iaso. in l. si socer. §. Lucius, ff. sol. matr.

c Et dicitur antiferna] Et sic est donatio reciproca.

DONATIO IIII. ante nuptias, vel ꝑꝑ olim dicebatur ante nuptias donatio. Sed hodie non est nisi donatio propter nuptias vt C. de donat. ante nupt. vel propter nuptias, in l. fi. & fit in recompēsationē dotis, & potest fieri a viro hęc donatio, siue priusquam ꝯtractum sit matrimonium, siue post contractum, vt dicta l. fin. & dicitur antiferna [c] ab anti, quòd est cōtra & ferna quod est dos, quasi contra dotem.

1 Vtrū requiratur æqualitas cum dote in ista donatione? Respond. olim si fiebat in constitutione dotis, tunc non requirebatur æqualitas, vt C. de pac. conuen. tam supra do. l. ex morte, & d. l. fi. si verò dos prius erat constituta, oportebat æqualitas, vt d. l. fi. §. sancimus, sed hodie qualitercunque oportet sit æqualitas tam in donatione propter nuptias cum dote, quàm in lucro super vtroque, per aut.

æqua-

a Sed ad quid valet] adde Abb. in d. c. fi. de don. inter virum & vxorem ponentem istos effectus.
b No. gl. in c. nō putamus] & hoc elicitur ab illa gl. quæ dicit ibi, Non valet pactū factū in pcario.
c Addas ex côc. Tri. sess. 24. c. 6. & ref. raptor tenet mulierē raptā dotare. De dote pterea, scribitur i in reper. inq si. & in anno. de eius varia significatione & definitione non inutilia leges P. V.
d In rub.] Bar. ibi aliter diffinit dotē, & reprehēdit Azo. D. ffer ē. tiā vide ibi, quia nihil ad nos.

æqualitas, posita super d. l. ex morte.

2 Verū sol. ma. donatio propter nuptias reuertatur ad virum? Res. φ sic, vt d. l. fin. sicut & dos reuertitur ad mulierem. C. de re. vxo. ac. l. vnica. §. illo proculdubio, & hoc verū nisi pactū aliud habeat. Nam si pactum est, φ lucretur donationē pp nuptias, & vir lucrabit dotē, & econtra, quia d. l. fi. dicit, φ pari passu vadunt, s. quò ad pactum, quia quale erit de lucrando donationem, vel dotem, tale & de contrario, & hoc verum, nisi ex consuetudine fit de rogatū, d. aut. vt est in multis locis, & iō illā serua, vt not. in ca. donatio, de do. inter virum & vx. & maximè Abb. ibi.

3 Sed ad quid valet [a] donatio pp nuptias ex quo vxor eam nō lucratur nisi ex pacto spāli, vt d. §. illo, nec fructus habeat dictæ donationis, vt C. e. ti. l. si libens? Res. φ valet, vt sit securior in dote vt dicit gl. in aut. dos data, C. de dona. ante nup. in ver. meretur. Nā res suas vir alienat consentiēte vxore, & renunciare pt iuri hypothecario, qđ habet in alijs bonis mariti. C. ad Vell. l. ēt. sed in donationis, pp nuptias alienatione, aut obligatione non pt mulier renunciare iuri hypothecario p iure suo, qđ habet in hac donatione, ppter nuptias, nec valet cō sensus mulieris, vt C. ad Vell. aut. siue auiæ nisi interueniat iuramentum, vt in c. licèt, de iureiu. li. 6. aut duo alia concurrāt. Primū, φ vxor ɔsentiat post bienniū secūda vice. secūdū, φ nisi sit in facultatib. viri, vt indēnitati vxori, possit consuli, nō solùm tpe contract', vt quidā dixerunt, sed ēt tēpore quo vxor agere potest, vt no. in d. aut. siue auiæ, vel φ per 30. an. tacuerit, licèt secundo non consenserit, vt no. Pa. in c. peruenit de emp. & ven. Item viro dissipante bona sua potest agere sic propter donationē propter nup. sicut p ro dote. C. de iur. do. l. vbi. de quo dic, vt no. ibi. item propter adulterium viri lucratur, vt supra, Adulteriū. §. 3.

4 Quid si soluatur matrimoniū aliter, φ per mortem, nunquid pactum, vel consuetudo poterit facere, φ vir lucretur dotē, & sic mulier remaneat sine dote? Res. ſm Ho. φ ñ vt no. in d. c. donatio de do. inter vir. & vxo. & ideo præfatus. §. illo proculdubio, loquitur qñ mulier decessit, quo casu tūc vir lucratur ratione pacti solū, ſm Ho. sed ſm Car. in d. c. donatio etiam ratione consuetudinis, quia quod potest pactū, potest & consuetudo, vt no. glo. in ca. non putauimus, [b] de cons. li. 6. in ver. officiali.

5 Quæritur, statuto cauet, φ si alter ɔiugū pmoriaē, alter lucreē dotē, vel donationē pp nup. an debeat intelligi de morte naturali, vel ēt de ingressu religionis? Rę. φ tm̄ de morte naturali, non de ista ciuili, pſertim quia verba statuti sunt facti, & in facto consistunt, c. 1. de constitu. nec recipiūt casus fictos, vt l. 3. §. hæc verba, ff. de ne. ge. imo nec expresè posset prouidere, φ muliere ingrediente religionem vir lucrareē partem dotis, cum libertas religionis grauareē per diminutionem dotis, quod fieri non debet. l. 1. §. onerandæ, ff. quarum rer. actio. non datur, & etiam quia disponeret statutum de reb. personæ religiosæ, quod non potest c. fi. de reb. ec. non alie.

6 Quid si ex pacto sit, vt lucreē alio præmoriente? Rę. φ pactum manet validū, qui nimo purificatur per ingressum religionis vt l. Deo nobis, C. de ep. & cle. & in authē. de sin. epi § si verò constante.

DOs [c] est quædā donatio facta a patre mulieri, vel ab extraneo, vel facta a muliere ipsi viro p oneribus mr̄imonij sustinēdis, ita no. Cano. Goff. & Host in c. Rainutius, de testa. & p legistas in rub. [d] ff. solu. matri. est quippe proprium patrimonium mulieris, ff. de mino. l. 3 §. sed verum, in fi.

1 Quot sunt eius species? Resp. duæ. Prima dr̄ profectitia, & est q̄ a patre, vel auo, vel proauo, & huiusmodi paterno pro filia, vel neptes & huiusmodi de bonis eorū proficiscitur, vel quæ alias de mandato eorum, vel nomine eorum, & ipsi ratū habēt, constituitur, vt in l. profectitia, in prin. ff. de iu do. etiam si filia esset emancipata. d. l. profectitia. §. fina. Secunda dicitur aduentitia, & est illa, quā dat mulier pro seipsa, vel

vel qlibet [a] ali⁹, q̃ aliàs nõ descendit a patre, vel auo, & hmõi. Itẽ aduenticia est si pr̃ cũ deberet filiæ, cũ voluntate ei⁹ dederit, vt d.l. ꝓfecticia, in fi. Itẽ est alia distinctio. aliqñ daẽ dos æstimata, aliqñ inæstimata, qñ æstimata tradiẽ periculũ ꝑtinet ad maritũ. [b] Si verò inæstimata ꝑtinebit ad mulierẽ. l. plerũque in princ. ff de iu. do. fructus tñ, & fœtus [c] reiũ dotaliũ lucraẽ marit⁹, vt in d.l. plerunque, de quo ibi vide, & ꝑ gl. c. salubriter, de vsu. & Can. ibi, & ꝑ Gof. in sum. ti. de donatio. in §. aduenticia. Limita tñ [d] verũ, ꝙ fructùs lucratur, si sustinet onera matrimonij, aliàs nõ, sed restituunẽ mulieri. ff. de vsur. videamus. la. 2. §. pe. Item ꝙ si dos esset in animalib⁹, debet maritus supplere de iã natis fœtibus capita mortua, [e] d.l. plerunque. d. §. si serui. verũ dos possit esse sine m̃rimonio ꝓsenti, vel ꝓterito? Res. ꝙ non. C. de don. ante nup. l. fi. [f] & iõ solutũ ꝓ dote, vbi matrimoniũ fuit nullũ non repetiẽ nomine dotis, sed conditione sine cã. ff. de condi. sine causa. l. fi. & est priuilegiata hæc actio quò ad mulierem sicut actio de dote, vt tenent doc. in c. de prudentia, de dote post di. resti. & Abb. ibi super. 1. gl. facit. l. 2. ff. de priui. cle. [g] & sic ꝓponeẽ, ẽm quod infra dicam. §. 11. & 12.

3 Quãta dẽt esse dos? Res. ꝙ ẽtiñ modico ꝑt cõstitui, vt dicit gl. in l. imperialis, C. de nup. in verbo, dotalibus qđ est circa mediũ. l. & qa dos succedit loco alimẽtoiũ, vt no. per Bar. in l. Titio centũ, ver. 2. ẽ videndũ. §. Titio genero, ff. de condi. & de. ꝑ Bal. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. ideo ẽm hoc æstimabitur, & fiet pensatis [h] conditionibus, & alijs qualitatibus.

4 Verũ pr̃ teneaẽ dotare filiã, q̃ nupsit cõtra ei⁹ voluntatẽ? Res. ẽm Pan. in c. 1. de despon. ĩpub. distinguendo

a Vel quilibet.] Siue sit frater, siue sit alius quis, & si sit pater, dummodo det non tanquam pater.

b Ad maritum.] Et etiam lucrum, sicut ad rei emptorem, æstimatio enim facit emptionem. d.l. plerũque. Vnde hoc casu si mulier vestem att[illegible]rit, reddetur æstimatio, vt ibi.

c Fœtus.] Scilicet animalium. Idẽ est in fundo cretifodino, vel argentifodino, ff. so. ma. l. diuortio. §. si vir i fundo. & hoc si renascãtur &c. Sec⁹ tñ est in fœtu ancillarũ dotaliũ, qui nõ cedit lucro ipsi marito. d.l. plerunque. §. si serui, rõ est qa non cõputatur in fructu, imo omnia facta sunt ad vsũ humanæ naturæ. l. in pecudũ ff de vsu. Itẽ secus est in lapidifodinis vbi lapis nõ renascitur, sicut in Asia, & i Anglia. in arborib⁹ non cædendis. d.l. diuortio. § fundũ, & duob. §. se. secus tñ in arboribus cædendis qa infra breue tẽp⁹ renascuntur, qa tũc possunt dici fructus, hoc idẽ tenet Bar. in d. §. fundũ, & in §. si vir in fundo, ff. so. ma. facit ex illis duas conclusiones. Prima est, ꝙ arbores cæduæ cõputãtur in fructibus, vt sunt salices, & huiusmodi, secus in arboribus fructiferis Secunda conclusio, ꝙ lapis, qui nõ renascitur, non est in fructu, secus, si renascitur. & sic inducit Bart. ad q. pone, maritus, qui fuit notarius, legauit vxori vsumfructum omniũ bonorũ suorũ, an illud quod percipitur ex exẽplatione protocollorũ pertineat ad mulierem. Et dicit ꝙ non. Illud. n. quod semel tantũ percipitur, & non renascitur, nõ dicitur esse in vsufructu sed exemplatio protocollorũ solũ semel habetur. & cõcludit Bar. in d. §. si qs fundum, ꝙ sicut maritus non potest cædere arbores fructiferas, sic nec emphyteuta, nec etiam vasallus.

d Limita.] Adde tex. & quod ibi no. d. Ias. in l de diuisione, ff. sol. mat. Vbi in prin. dicit requiri tria, scilicet vt maritus fructus dotis lucretur, scilicet ꝙ matrimoniũ sit actualiter contractum, quia antequam contrahatur, fructus augent dotem l. si marito, ff. so. ma. Secundo vt hic, & allegat l. cum post §. in dom̃ ff. de iu. do. Tertium, quod requiritur est, quod dos sit tradita, quia si nihil traderetur, nihil luctaretur a nisi mulier esset in mora tradendi, quia tũc bene lucraretur. Ratio antem istorum trium est æquitas quædam, qa ex quo maritus sustinet onera matrimonij eo contracto statuit lex, ꝙ maritus fructus lucretur rei traditæ vel in dotem vel in pignus, dũmõ sit facta traditio. & de hoc ẽ tex. in ca. salubriter, de vsu Cessãte vero ista æquitate, quia s. maritus non sustinet onera matrimonij, nõ debet maritus fructus lucrari. l alumnæ. §. Sera, ff. de an. leg. texr. est in l. ex facto, in prin. ff. de vul. & pupil. Quare etiam leges statuerũt, ꝙ pro tempore, pro quo marit⁹ sustinet onera matrimonij, pro rata illius fruct⁹ lucratur. d. l. de diuisione, vide ibi Moder.

e Capita mortua.] Et sic fallit illa regula, Cui⁹ est emolumentũ debet esse & periculum.

f L. fi.] Et l. 3. ff. de iure do. & ibi no. ꝙ ad hoc vt sit dos, oportet, ꝙ matrimoniũ contractum sit non solùm de facto, sed etiam de iure, aliàs esset putatiua, & si prius fuisset contractum, licèt eo postea soluto, tamen dicitur dos secundũ Ale. post Pau. de Cast. in rub. ff. solu ma. & Bart. in l. si marito, eo. ti. Et per hoc decidit Pau. q de facto, stãte statuto, ꝙ mulier teneatur diuidere dotem æquis portionibus filijs vtriusque matrimonij, habet locum etiam soluto matrimonio, quia tunc fuit.

g ff. de priu. cre.] Vbi de actione funeraria, nam quacunque actione reperantur funeralia, illa actio ẽ priuilegiata, sicut funeraria.

h Pensatis.] Scilicet dos in magna, vel parua quantitate, debet enim alimentari secundum dotis quantitatem vel honorabilius, vel leuius. l. si cum dotem. §. cum autem, ff. soluto matrimon. & capitu. per vestras, de dote. post di. re. Not. Panorm. in dicto ca. salubriter.

aut nupsit idigno, [a] & tũc non tenetur,gl. est no.in c. de raptoribus, in ver.execu sata.36.q.1.quod intellige sm d.Ant. in c. accedẽs,de procu.& Imo. ibidẽ , si est indignus turpi indignitate secus , si esset indignus..i. non paris conditionis. Veruntamen poterit minorẽ dotem dare ex conditione personæ,& faciunt quæ habentur in l cum post diuortiũ §.gener,ff.de iur. do. iuncta gl.in l. si volũtate,[b] C.de dotis promis. Aut elegit dignũ, [c] vel nõ indignũ, & tunc aut promisit dotẽ , & sic pr̃ tenẽt eam dotare, qa licèt pater non consenserit in tali ꝓmissione,tñ filia p hanc ꝓmissionẽ [d] reuelat patrẽ a debito dotandi,& ideò tanq̃ in rẽ patris vertatur ista promissio,tenebitur pr̃ de in rẽ verso , ita dicit Bar.in l.obligãtur. §.lege,ff. de act. & ob. per tex.in simili in l. & ideo.§. fi.& l.filius, [e] ff. de in rem ver.aut ñ ꝓmisit dotẽ & sic ñ tenẽt, [f] qa ex quo inuenit sibi maritũ sine dote,& marit⁹ tenẽt eã alere sicut filiã,[g] vt ĩ aut.q mo.na. effi. le.§ pe. No.Inn.ĩ c.p nr̃as, d̃ do.inter vir.& vx.& ẽt si ꝓmoriat̃ relictis filijs,tenẽt

a Indigno.]Pater non tenetur eam dotare.Contrarium videtur tenere Io.An.& Imo.in d.c. accedens. Expressẽ Ale.in l.1.in 16.col.ff.sol.ma. tenendũ est, quod pater imò non teneatur ipsam dotare. Et hoc tenuit glo.& doc.in d.c.cum causa,de rapt. D. Ant. & Io.An in d.ca. accedẽs,de procura.Bal expressè in l.pater,C.d̃ spons̃ & in l.nec filium C.de nup. & in l.a.4.col.ff. sol.mat. Et ita tenet Ale.sibi contrarius consi.97. incip. principalis. 1. vol. ponit etiam Sali. in l.si vt proponis , C. de nu & ista videtur esse cõmunis opinio.

b In l. si voluntate]Vide supra, donatio. 3. in prin in postil.

c Aut elegit dignum] Sed cõtra quando nubit sine consensu patris,videtur tex. in aut.sed si post, C.de inoffi.test.& in §. aliud quoque capitulum, in aut.vt cum de ap.cog.& Paul de Castr.in d aut.sed si post,not ad hoc,tunc sic , si pater potest exhæredare filiam,quando nubit sine consensu eius ante. 25. annum,ergo multomagis non cogitur eam dotare.Baldus in autẽtic.res quæ.C. communia de le. & l. fin. C de dotis promis.Et si diceres de iure ciuili hoc ꝓcedit,secus de iure canonico , dicit Paul. quòd Fulg. dubitauit,an illa auten. esset concessa de iure canonico,& tamen ipse firmat ꝙ non , quia procedit quantum ad iniuriam , quam facit patri filia nubendo sine eius voluntate.Nam dato, ꝙ de iure canonico tenuit matrimonium , non tamen remouetur iniuria , & ingratitudo in patrem illata , vt patet per gloss.in capitul.cum secundùm,de secund. nupt. Tu tamen dicas,ꝙ illa autentic. est correcta in totum , & ꝙ pater tenetur dotare filiam nubentem digno contra eius voluntatem , etiam si sit minor.25. annis. Et hoc tenet do.Abb. etiam ꝙ non possit exhæredari . consil. 12.incip.vt clarè materia thematis , in 1. volum.vbi vtitur optimis rationibus,& in cap.1.de despon. impu. vbi dicit ita communiter tenere doct. Mouetur, quia ex quo filia vtitur permissione canonica, scilicet nubendo contra voluntatem patris, iuxta c.pen. §.fin.de secund. nupt. non debet incurrere vitiũ ingratitudinis , ne decipiatur sub autoritate canonis . Et præcipuè , quia de iure canonico matrimonia debent esse libera ab omni metu pœnæ , & omni coertione , capitulo,cum locum.cap.requisisti,& capitu. Gemma , de sponsa.ergo non debet posse exhæredari.Allegat Ioan.And.in capitul.statutum, de hæreti. in 6. vbi determinat non valere statutum imponens pœnam filiofamilias contrahenti matrimonium sine consensu patris,sic & filia potest nubere contra patris voluntatem,ratio est, quia matrimonium est quid spirituale, & in spiritualibus non curatur patria potestas,capitu. fin.de iudic. libr.6.ita etiam tenet Bar.& Moder.in l.2.§. quòd si in patris, ff. sol. ma.facit quia de iure canonico nõ requiritur in matrimonio consensus patris. ca. hoc sanctum. 32. q.2. Canoni.in c. cum causa,de rapt.Ad fundamentum Pau.de Cast. scilicet ad glo.d. c.cum secundùm s. ꝙ ius canonicũ non remouet iniuriam,dicit Ab. ꝙ illa gl.non est vera,vel si est vera,loquitur quò ad priuationem lucri,sed nos loquimur quò ad damnum,sed nõ est par ratio lucri , & damni,licèt ista responsio parũ valeat &c. Tu vide Ab.cõs. 12.primæ partis,& Car Alex.in c.1 & d.Iasan d.l.2. §.ꝙ si in patris,vbi late examinat.

d Promissionem.]Hoc autem intellige , quando filia nupsit post.25.annum, quia si pater non potest ei impingere aliquam culpam , ex quo tamen tempore distulit eam collocare,vt in §.si alicui, in autẽ. vt cum de ap.co. aut nupsit ante 25. ann. & credi Pan. ꝙ ex quo tenetur pater alere filiam , & dos loco alimentorum succedit,ꝙ tenetur eam dotare, nec ex cõtractu istius matrimonij potest denegare sibi alimenta,cum in istis sponsalibus filia non sit sub potestate paterna,vt in cap.si annum,de iudi. lib 6.fortius ergo tenetur dotare, quia causa dotis est fauorabilior causa alimentorum,vt notat Cyn. in l. non omnl,C. de admini. tuto. Intellige tamen cum distinctione hic posita,scilicet aut promisit dotem,&c.Et ita consuluit in q de facto.

e Et l.filius.] Ibi nãque habetur, ꝙ filius mutuatus pecuniam,vt filiam propriam maritet, videtur versum in rẽ aui , qui tenebatur neptem dotare,si huius erat animi,& Alex.in postil d.l.obligamur, Ad Bar.

f Et sic non tenetur.]Quia pater cogitur præstare dotem,vt filia possit reperire maritum.l.fin. C. de dot. pro.& l.liberos,ff.de rit.nup ergo &c.

g Sicut filiam.]Panorm.post do Anton.in cap cum causa,de rapto dicit. ꝙ melius alimentabitur puella si fuerit constituta dos,ar.l.si cum dotem.§. sin autẽ, & præce.ff.sol.matri. Item quia dos dicitur patrimonium mulieris. Et ideo deberet dotari, vt sic sol ma. haberet dotem paratam ad contrahendum cum alio. Nam per hanc rationem dos profecta a patre , ab eo solo repeti potest.l.2.ff.solut. matri. ꝙ etiam marit⁹ teneatur alere vxorem indotatam,videtur falsum , dum

dū hēt patrē. vt no. Bar. & doc. in l. ꝙ in vxorē, ff. de neg. ge. & licèt dictū Bar. videatur esse ęquū primū tamē verius. Addetē Bal. cum tex. in l. fi. C. ad velle. & ideò tenet, vt hic dicitur.
a Spurię.] Bart. hoc limitat, nisi esset in magna ęgitate. in d l. fi ff. de his quib. vt indi. quia tunc pſume ret fraus l 1. C. de natura. li. & vide Bal. in l. eā quam C. de fideicō. 9. col. ver. p̄one, dicit decretalis, vbi dicit ꝙ si pater reliquit filio spurio vnum magnum podere, p alimentis, ꝙ valet vsq; ad modū alimentorum & nō vltra. l. Lucius, ff. de exer. ac. to. quia cā certis limitibus circunscripta effectū producēdam limitat, & restringit. ff. de acq. pos. l. si is qui animo, imo nec vult, ꝙ tale legatū possit ad heredes spurij trāsire, qa non ratione proprietatis, in qua nō valet legatū, nec rōne alimentorū, qa cū vita finitur, ff. de transac. l. cum hi. §. si vnū, & ff. de vsuf. l. dnis. §. si & vide infra, hitus. §. 4.
b Ecclesię.] Adducitur pro hoc c. non satis. 86. di. vbi nor. ꝙ prius quis tenetur alere suos q̄ extraneos. Vide supra Cleric.° 23. § 11. vbi plenissimè.
c L. qd sponsę.] Nam actus colla

sibi relinquet quartā partē suorū bonorū pſatus vir; si eᵒ, si filios nō habuit, vt no. gl. i ver. quartā, i §. pe. & iō cessat vtrunq; debitū in patre, s. alimētorū, & dotis primū, quia habet, vñ alatse ex bonis mariti, & dos succedit loco alimentorū, vt s. dictum est. & ita tenet Bar. in d §. lege, & Ang. i l. si locer, in pri. ff. sol. ma. & Bal. in l. 1. ff. so. ma. & in l. fi. C. de do. p. Et sic limita gl. in c. fi. 32. q. 2. q dicit, ꝙ tenet eā dotare, verū, si pmisit: aliàs nō. Nō tū habebit locū statutū, quo cauet, vt filia dotata ń succedat, in tali muliere, vt no. Pa. i d. c. accedēs: nec excludit à successione tal. e le gitimè, sicutcęteri filij, multo magis tenet pr̄ dotare filiā, q̄ nō contraxerit ꝯ eius volūtatē. & ꝯ patiē pōt implorari officiū iudicis reg͂r vt dotet filiā. l. q liberos, ff. de ritu. nup. no. in d. §. lege. habet in l. fi. C. de do. pmis.
5 Verū frater teneat dotare sororē ex eodē patre natā? R̄. Pa. in c. puenit, de sb. coīter tenet ꝙ sic, no. gl. de laico in l. cū plures. §. pe. in ver. alterū, ff. de admi. tu. & i l. ñ oi, C. de ad. tu. i gl. 2. Rō, quia fm Cy. in d. l. nō oī, cā dotis est fauorabilior, q̄ cā alimentorū, ꝑpterea tenet Bar. i l. fi. ff. de his q. vt indi. ꝙ pr̄ pt relinquere filię spurię a dotē, qa dos succedit loco alimētorū, idē no. in aut. ex cōplexu, C. de ince. nu. & in l. Męuius. §. duob. 10. col. ver. 3. quęro, in fi. q. ff. de leg. 2. Vnde sicut tenetur alimentare, vt s. Alimēta. sic & dotare in casu necessitatis. Idē dic & fortius in clerico, q magis tenetur

ad charitatē, vt in c. 1. & qd ibi no. de emp. & ven. & si nō hēt alia bona, pt eā dotare, & aliā cōsanguineā de reditib ecclesię, b si est inops, qd pbat p c. 1. de coha. cle. & mu. & in c. oīno ꝯ fitemur. 31. di. qa sicut pet d. c. pœalere cōsanguineos pauperes de reditibus ecclesię, ergo fortius dotare cū sit fauorabilior, vt dictū est. Quod verū credo, dūmō constituat ad necessitatē suę conditionis, non ad pompam fastuositatis, ar. c. negociatorem. 88. di. sic ergo q tenetur alimentare, tenetur dotare.
6 Verū vir possit ꝯstituere dotē vxori? R̄. Pa. i c. & si necesse. 1. no. de do. inter vir. & vxo. ꝙ nō, post ꝯtractū mr̄imoniū, secus, si añ mr̄imoniū, qa pt, vel. 1. & qd ibi no. C. de don. añ nup. nisi sit ꝯstituta, vt tunc dominiū adipiscaē, cū mr̄imoniū fuerit subsecutū, qa non valet, vt in l. quod sponsę, c de don. ante nup. quia necante mr̄imoniū dñiū transiuit qa noluit, nec post matrimonium, qa nō potuit, vt ibi glos. fallit hoc in plebeio dotante nobilem, quia vr̄ donare in recompensationē cum nobilitate, quia potest, vt supra donatio. 3. in prin.
7 Vtrum res emphiteutica possit a patre dari in dotem sine consensu domini? Resp. Spe. ti. de loc. §. nunc aliqua, ver. 109. quòd sic. Non transfert d tamen plus iuris, quā ipse habet, vt in c. nuper, de do. inter vi & vx. nec soluet laudemium, quia est alienatio necessaria secundùm Guil. & Bar. in l. & ideo, in prin. ff. de condit. fur. Similiter potest dari in dotē extraneę, si inęstimata detur, & soluet laudemium, sed ęstimata non potest dari nisi filię.
8 Vtrum feudatarius consimiliter possit? Res. Io. An. in d. c. nuper, quòd non. Inn. tamen ibi tenet, ꝙ potest, & eum sequitur Panor. ibidem, & etiam dicit in donatione propter nupt. ego concord. sic. ꝙ vera est opin. secunda in feudo, in quo succedit filia, & prima opi. in illo, in quo non succedit, quia sic est ratio diuersa ab emphyteusi, in qua succedit filia.
9 Verū vir possit repellere vxorē ñ soluta

tus e tps quo qs non est futurus dñs, nō valet, vide in ca. Moyses 8 q. 1. & in rubr. ꝙ nō pa. de testa.
d Non trāsfert.] Pone exemplum in eo, q hēt rē ecclesiastica in emphiteusim ad vitā suā tm. Nā nō potest dotem cōcedere de illa, nisi quatenus ipse viuit, & iste ē casus d c. nuper.

sibi dote ꝓmissa? Res. ꝙ sic, vt sentit Ho. in c. p vestras de do. inter virũ, & vx. Nã dos daẽ pp onera mrĩmonij sustinẽda, vt in d. c. per vr̃as, & i c. salubriter, đ vsu. & in l. si cũ dotẽ. §. finaũt. ff. so. ma. ergo pt̃ hęc onera recusare, si nõ hẽt, vñ sumat omolumẽta, bon⁹ tex. ẽ ibi, & Bal. i l. fi. C. ad Vell. post Cy. in l. vxorẽ, C. de ne. ges. & Bar. i tract. de ali. ex quo ꝯclude eũ ñ teneri ad traductionẽ, dote pri⁹ ñ soluta sec⁹ de debito coniugali.

10 Vtrũ marit⁹ ducẽs vxorẽ sine dote teneaẽ eã alere de suo? Rñ. ꝙ sic ẽm statum suę ꝑsonæ, vt no. & volunt Inn. & Ho. in d. c. p vr̃as, & gl. in d. c. finaũt dicit tex. in l. ꝙ si nulla, ff. đ rel. & sum. fu. rõ ẽm Inn. q̃ ꝑsonã suã đdit ꝓ dote, vt i aũt. q. mo. natura ef. le. §. pe. & ff. vt in pos. le. l. pen. dr̃, ꝙ vxorem debet alere vt filiam. [a]

11 Quæ sunt priuilegia dotis? Res. ꝙ multa. Primum q̃a oĩa bona viri sũt tacitè hypothecata ꝓ dote, vt est tex. in c. ex literis, de pi. Secundũ q̃a nõ ꝑditur p p maleficiũ viri, nec ẽt patris, vt no. glo. d. c. ex lr̃is, Fallit in vxore primipilarij, [b] q̃ i eo officio deliquit, [c] vt C. qui. mo. pi. ta. contra. l. fatis notũ, & C. de primipilla. l. vtilitas. Tertiũ, q̃a ꝑponiẽ omnib. creditorib. ẽt priorib⁹, q̃ habent personales actiones, vel tacitas hypothecas vt in l. assiduis, C. q̃ po. i pi. ha. secus habentib. expressas, vt no. gl. magna in d. l. assiduis, & Di. in regula, q̃ prior ẽ, li. 6. Sed sñ dico cũ Pa. in d. c. ex literis ꝙ si consuetudo est aliqua, illã seruabo. l. si de interpretatione, ff. de le. cũ si. Si verò nõ ẽ, dico, ꝙ fauore mulierũ [d] debet præferri ẽt habentibus expressas hypothecas, q̃a si mulier vincit eum qui ad refectionem rei dedit, vt in aut. quo iure, posita sub per dicta l. assiduis, qui tñ præfertur anterioribus habentib. expressas hypothecas, vt l. interdũ, ff. qui po. in pi. ha. ergo si vinco vincẽtem te, multo magis vinco te, [e] vt in l. de accessionib. ff. de diuer. & tẽp. ꝑscripti. ad minus casus dubius & in facto dubio potior est conditio dotis, vt in c. fi. de re iud. & no. in c. ex literis, de probatio. cum hac opi. est Pet. & Cy. & Io. An. [f] licèt communiter docto. teneant cum gl. in d c. ex literis, & istud priuilegium, vt præferatur [g] creditoribus, transit ad filios [h] eius secũdùm Alex. de Imo. in l. etiã ff. so. matr. & ibi est glos. & alia in l. 1 C. de priui. do. licèt Bar. [i] dicat cõtrarium. Sed potest intelligi opi. Barto. vt non loquatur de hæredib⁹ suis, vt sunt filij, sed extraneis, qui nõ habẽt hoc priuilegiũ, vt l. vnica. C. de priui. do. Quartum, q̃a ecclesia potest se impedire đ dote nõ solùm in fauorem viduarũ; vt in c. nup de do. inter vi. & vx. sed ẽt mariti

a Vt filiam] Ibi nihil dicitur de istis verbis, sed bene tractatur de vxore alenda. Abb. in d. ca. p vestras, facit & hic duas illationes prima, ꝙ vxore abiecta, ex eo, quia non est soluta dos, potest tamen maritus agere ad dotem sibi promissam, ex quo paratum se reddit vxorem reassumere soluta dote. Ita ꝓbat d. c. per vestras, Secũda, quòd maritus nõ tenetur ad traducendam vxorem non soluta sibi dote. hæc Ab. ibi in 2. no. Adde tertiò. ꝙ si aliquis iurauit accipere aliquam in vxorẽ nulla facta commemoratiõe dotis. quòd non tenetur eã accipere in vxorem, nisi soluatur dos secundùm facultates & conditiones mulieris iuxta glo. in l. obligamus §. lege, ff. de act. & obliga. & quia dos est quid connexum matrimonio. l. quod seruius, ff. de condi. ob causam. Ita Bald. in c. iurauit. 2. colũ. de probatio refert d. Ias. in auten. præterea C. vñ vir & vxor.

b Primipilarij] Primipilus ẽ primus administrator, vel qui primum pilum fert i. prima signa.

c Deliquit] Et hoc ratione publicæ vtilitatis, quæ præponẽda est priuatis commodis. vt dicit ibi tex. & in l. actionẽ. §. Labeo, ff. pro socio, & in l. 2. § fin. C. de cadu. tol.

d Fauore mulierum] Maximè si sunt viduę. vt no. in d capitul. cuper, de donatio. inter vi. & vxor. & habeant pro se iustitiam.

e Vinco te] Pro ista regula est text. in ca. autoritate, de cõces. præb. li. 6. & in c. dilectus, de of. le. & not. ꝙ ẽt bona clerici sunt tacitè obligata ipsi ecclesiæ, vt vult no. gl. in d. c. ex literis. & rõ est, q̃a cũ ecclesia æquiparetur minori. c. 1. de in integ. res. & bona tutoris tacitè sint oligata pupillo. l. fin C. de legitimis tutorib. cum iuribus allegatis i glossa, ergo &c. Itẽ bona cõducẽtium vectigalia sunt tacitè obligata fisco, vt in l. semper §. diuus ff de iure immu.

f Et Io. And.] Est ẽt opin. Ab. licèt d. Ias. in §. fuerat Inst. de act. super ver. a creditorib. dicit cõem opin. eẽ in cõtrarium.

g Præferatur] Fallit hæc cõclusio, nisi alius creditor prior sit in simili iure, vt q̃a petit dotem præcedentẽ vt C. qui po. in pig. ha. l si.

h Ad filios] do. Ias. in §. fuerat, super gl in versi. cũ ipsa, Instit. de act. limitat hoc esse verũ in filijs eiusdẽ mr̃imonij sec⁹, si essent alterius, qb. hæc priuilegia nõ cõpeterent, Bar in l. assiduis, per illum tex. in ver. exceptis, ff. q po. i pi. ha. Idẽ tenet Bal. Bar. Ang. Imo. & Cuma. in d. l. ẽt, i prin. ff. so. ma. reprobata glo. ibi, & hæc est cõmunis sñia, quam tenent cõmuniter gl. vt in l. si cum procuratore, & in l. sciendum, ff. đ re iu & in l. verũ §. 1. ff. pro so. & gl. in § si đ dote, Inst. de act.

i Licèt Barto.] in d. l.

petẽtis sibi dotẽ promissã, vt in c.p vestras,eo.ti.facit quod no.Inn. in c. lator. q fi.sint le.quanuis alij cõtrariũ teneant nisi accessoriè. Quintũ,qa viro vergẽte ad inopiam iudice iubente potest dari pecunia dotalis mercatori cũ pacto, vt capitale sit saluũ, & de lucro percipiant vir & vxor partem honestam compensato lucro cũ damno sine vsura vt c.per vestras, de donat. inter vir.& vxor. Ita tenet Io.An.& Car.in d.c.per vestras,& Ful. in l.cum duobus,ff.pro so.§. item ex facto,aliàs est.l. si fratres, & Bal in quodam consil.incipie. viso instrumento facto inter no.Ho.in sum.de vsu.§.an aliquo, Pa.in c.nauigãti,de vsu.dicit se dubitare. Sed ego credo contractum vsurarium, nisi excusetur, ẽm qđ infra dico, Societas in.§.7.Sextum, quia fund⁹ dotalis alienari non potest etiam de consensu mulieris,vt not.in l.lex Iulia,ff.đ fun.do.& C. ad Velleia.auth.siue a me.necẽt in hypothecam dari,vt l. vnica.§.cũ lex,C.de rei vxor. act. Quod verum est, nisi iuramentum [a] interueniat, vt in c.cum contingat.de iure iu.& c.licèt,de iureiu.li. 6. Multa sunt & alia priuilegia in iure,de quibus vide, si placet,Spe.e.ti. hæc omitto, quia nihil ad cõfessorẽ, tene tamen,quòd his priuilegijs [b] gaudet,dummodò mulier, sit catholica, aliàs non,vt C.de hær.aut. item priuilegium dotis.

12 Verum eadem priuilegia habeat in donatione ꝓpter nup. quæ habet in dote?Res.Pa.post Innoc. in d. c.ex literis,de pigno.ꝙ aut mulier agit ad donationẽ pp nupt.tanquam specialiter sibi obligatam pro dote,& tunc habet priuilegiũ dotis,quia agit potius pro dote, quàm pro donatione propter nuptias. Si verò agit, vt eam lucretur, sic nõ gaudet, quia cessant rationes [c] priuilegiorũ dotis,sed bene habet tacitam hypothecam l.vbi,C. de iu. do. intellige communionem, non priuilegiatam, vt præferatur alijs habẽtib. eam. In paraphernalibus autem habes ĵ.Paraphernalis.§.2.

13 Ad quẽ pertinebit dos soluto matrimonio?Respõ. quòd licèt maritus de subtilitate iuris efficiatur dominus dotis sibi datæ,vt in l.in re,C. de iure dot. & l. dote ancillam,C. de rei vẽdi.tamen ad eum non pertinet post mortẽ vxoris nisi in duobus casibus.Primus, quando inerat pactum de lucranda, [d] dote,vel donatione propter nup.vt dictũ est supra in p̃cedẽti.c.Secũdus, quando vxor intestata decedit, deficientibus liberis & propinquis vir succedit,econtra vxor viro.l.vnica.C.vnde vir & vxor, sed pertinebit ad eũ, qui eam cõstituit,si stipulatus ẽ eã sibi restituit, siue sit ex̃ne⁹, [e]

in d.l.etiam,in prin.& in l.si cum procuratore, ff. de re.iu.& vide in §.si de dote,Inst.de act.

a Nisi iuramentum]Hoc est verum, quando sine vi vel dolo præstitum fuit iuramentum, vt in iuribus hic allegatis.

b His priuilegijs]Quæro,nunquid mulier in secundo matrimonio collocata habeat ista priuilegia,vr ꝙ nõ, quia cum est nupta,vr cessare rõ priuilegiorum, qa conceduntur propter eam facilius maritandã l.s.cum ibi not. ff.solu.mat.si est maritata, cessare debent, facit qđ voluit Bart. post Guili.in l.obligamur.§. lege.ff.de act.& obli.quòd quanuis pater cõpellatur officio iudicis dotare filiam.l. qui liberos, ff. de ri. nu. l.fi.C.de dotis ꝓmis.tamen si est actualirer maritata,pater nõ tenetur eã dotare, quiacessat rõ pp quam tenebat eã dotare.ꝓ hoc vr casus in § si quia sub potestate, in aut.de nupt.& in l.pe.C.de repud. limitando vt ibi p Bar.s. nisi filia ꝓmisisset dotẽ, eo quia pater eã non maritabat & maritus cã aliter nolebat accipere & cũ Bart. tenet Sal.in aut.res, q. C.commu.de le. & in l.q liberos, ff.de ri.nup.Pan. in c.accedens,de ꝓcu.Mathesi.no. 106 quanuis cõtrarium in hoc teneat Bald in d. aut.res quæ, in prin.Bar. tñ in l. supra.ff.sol.mat. dicit mulieri in matrimonio collocatæ cõpetere dicta priuilegia, quia dos est & necessaria nõ mõ ad maritãdũ, sed ad onera mr̃imonij sustinẽda.l.ꝓ onerib.ff.de iu.dot.Casus in l.assiduis ff.q po.in pign.ha.in ver.assiduis. & hæc est veritas. An ista priuilegia habeat spõsa de futuro,gl.fin.in l. 2.ff de priui.credit. nihil firmat. licèt disputet Ange.de Are.in d.§. fuerat. refert Ange.i d.l.2.tenere ꝙ sic,Cy.ĩ l assiduis.7 q C.q po. ĩ pi.ha Cõtra iũ tenuit gl.fi. in l. eos,C. q po.ĩ pi. ha.ẽmꝙ eã refert Bar.in d.l.s.§. fi. & ita Bar.in d.§. fi.tenet,& cõiter doc.& Ro.in l.s. ff.sol.mat.& hæc ẽ veritas qa si priuilegia dãt ꝓ dote,& cũ nõ dicatur dosante ꝯtm̃ mr̃imoniũ p verba de p̃senti meritò priuilegiũ nõ erit, habẽt tñ locũ dicta priuilegia in mr̃imonio putatiuo. Casus notabilis i l.si cũ dotẽ.§.fi. vbi gl. Bar.& alij, ff.sol. ma.& ille tex.est singularis,gl.magna,& ibi Bal.in d. l. assiduis, Et Bal.ĩ l.1.C.đ ꝯdi. ob cau.qđ ãt ĩ cessionario, & in extraneo dãte dotẽ vide d Ias.in d.§. fuerat i 4.no.Inst. đ act. & tractatũ đ dote Baldi nouelli,p̃dicta tñ intellige in priuilegio tacitẽ hypot.

c Cessãt rões] d.Ias.idẽ tenet & latè examinat. §. fuerat.in 4.no.Insti.de act.

d Lucrãda] vt si paciscat de tota, dote,vł ei⁹ parte post mortẽ vxoris lucrãda, vt l. ex morte, i prin. cũ aut. ibi posita C.de pac.cõuen.

e Extraneus]Extraneus

dicitur q nec ma trimonium, nec speciē matrimonij violare licet. vnde ꝓpter prauam intētionem eius, cum iā sententia trāsiuit in rem iudicatam, nō dēt mulier recuperare. Et faciunt not. in reg. cū quis, in Merc. Vbi decidicur, q ille, qui cognouit solutam, credens cognoscere maritatam, punitur pro crimine adulterij.

a Cum fuerit leno] Paul. de Cas. con. 399. incipit hęc mulier.

b D. l. cum mulier] Cū mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinebit. cur enim improbet maritus mores, quos ipse aut ān corrupit, aut postea approbauit? hæc tex.

c Et in l. rei. §. 1.] Hoc idem tenet Bar. in l. iudicate, ff. so. mat. p illum text. Nunquid aūt vir possit repellere vxoris hæredes, dic vt per gloss. in l. fi. C. de adult.

d Cum modificatione] Quæ ē, vt si vult accusare iure mariti, q habeat 9. dies vtilc. n. ille text. ī §. qa verò, q maritus possit dotem lucrari p adulteriū si accusauerit.

e Sed secundariò] Cū ergo fiat accusatio ad separandum matrimoniū, vt dicitur in d. §. quia verò, & iam est separatum hic, ergo, &c.

f Per tex. cū gl.]

cet distinctio dñi Signoroli de Homedeis, quā recitat d. Io. An. de S. Geor. ī c. plerunque, vbi s. aut maritus viuēs ignorauit adulteriū, & sic pñt hæredes excipere de adulterio, cū marit' nō possit videri dissimulasse, & remisisse, nec potuit remittere iniuriā, quā ignorabat, vt l. nihil interest. §. si cū filius, ff. de inof. test. & l. mater. §. cæterū, e. ti. & l. legitimam, ff. de pet hæ. & l. vtilitatē, ff. de contr. tu. & idem dico, si dubitatur, an sciuit, quia præsumitur ignorasse. l. 1. §. illud, ff. de libe. agno. & l. mariti, in princ. ff. de adul. & l. verius, ff. de proba. si verò sciuit, & non est con questus, vt potuit de iure nouissimo, etiam constante matrimonio, authen. sed nouo iure, C. de adulte. sed vxorem retinuit, cum fuerit leno, [a] l. sine metu, C. de adulte. sic cum hæredes tractent de lucro captādo, cōtra ipsos replicabitur de lenocinio mariti. l. cū mulier, ff. so. ma. & sic paria delicta mutua compensatione tollētur, facit q no. Inn. in d. c. intelleximus, & Iac. de Are. i d. l. cum mulier, [b] & l. rei [c] §. 1. ff. so. ma. si verò post scientiam vxorē nō retinuit, & tunc quæritur de delicto principaliter hęredes non pñt ꝯqueri, imò accusatio debet fieri, & iscriptio, cum modificatione [d] tamen, quā facit gl. in auth. vt li. ma. & auiæ. §. quia verò, sed secundariò [e] sic, vt repellāt petitionem dotis, vt in l. filio. §. Seia, ff. de adi. leg. & sic concorda opiniones secundùm hanc di.

18 Vtrum vidua committens stuprum, & petens dotem a fratre mariti, vel hærede eius possit repelli per exceptionē de fornicatiōe? Res. d. Io. An. vbi supra, q sic de rigore iuris, & pdet dotē, & sic remanebit apud fratrem vel heredes mariti ex offensa facta defuncto, per tex. cum gl. [f] & per id quod no. Bar. in l. pe. C. de adul. & ff. de liti. l. fi. & l. filio, §. si fortè, ff. de iniur. ita determinat Pau. de Ca. consi. 119. [g] vide ibi multa pro & contra.

19 Sed nunquid pater, qui dedit dotem pro filia, pdet eā pro adulterio filię? Res. q si non est stipulatus eā si bi reddi, perdet, & sibi imputet, vt tenet Io. An. in d. c. plerunque, & Accur. in l. consensu, C. de repu. gl. in ver. si bi, & in l. si dotem, glo. fi. C. de iure do. sed Dy. per l. 2. §. item si voluntate, ff. so. ma. dicit, q si filia est in potestate patris, non præiudicatur patri, quin possit agere pro dote & ita similiter do. Anto. in d. c. plerunque, per l. fi. C. de repu.

20 Vtrū vir, qui expulit vxorem propter adulterium non notorium propria autoritate teneatur [h] soluere mutuum, quod accepit vxor pro alimentis? Respō. quòd sic, quia adulterium non notorium non priuat ipso iure alimentis, nisi sententia lata sit. ff. de donat. l. post contractum, cum sua materia, & ad illud, quod dicitur, q mulieri obstat exceptio adulterij, verum quò ad futura, sed non quò ad alimenta, quæ debentur aute sententiam latam, & de hoc in l. si instituta, ff. de inoffic. testa. §. de inofficio. 2.

21 Vtrum frater, qui viuente patre de bonis paternis dotauit filiā, teneaᵗ illam dotem conferre [i] mortuo patre? vr̄ q sic per l. certum. C. fam. ercis. & l. fin. cum ibi not. Sed Bal. in l. fi. C. de do. promis. [k] dicit casum sing. vt non computet, sed ego do tibi gloss. in l. dotem dedit auus, ff. de collat. bon. quæ dicit, si tempore mortis patris cōstabat matrimonium non esse cōmunicandum,

hf. n. ibi, q mulier pōt accusari de stupro a quo dam marito, puta, qa repudiat' est vir, vel repudiata mulier, & ibi no. Bar. q iniuria, quæ fit viro per adulteriū fit etiam per stuprum viduæ.

g Consi. 119.] vide de Ang. con. 120.

h Teneatur] Vide de Pa. in c. si vir, de adu'. & supra, debitum. § 9.

i Conferre] vide de Are. consi. 17.

k C. de do. promis. 3. col.] Et al legat singul. fore vnam lecturam in l. pater si. ff. de euict.

dũ;alleg.l.filiũ,ď colla.bo. & l.1.§.fi.ff.de colla. dotis.

22 Verum ꝯfessio, qua vir confiteť se recepisse dotem constante matrimonio, valeat? ℞.ꝙ nõ, nisi appareat de numeratione. nam videtur donare;Bald.in l.1.in 2. col.C.ď do.ante nup.& Angel.ī l.pen.ff.quę res pi.ob. pos.& Bar.in l.diuortio,§& ibi legistæ.ff. ď ver.obli.& alij ī l.si volũtate,C.de do. prom.& pręsumiť simulata constitutio,vt dicit Bart.in l.1.C.de dona.ante nup.de hoc habetur in l.1.vbi tex. C.de do.cau.nõ nu. Et hoc verũ, nisi vir faciẽdo testamentũ legaret vxori [a] dotẽ expressa certa quãtitate,qa tunc omnino vxor eam habebit,etiam si probareť, ꝙ nunquam fuit soluta,vt no. Ang.Aret.Insti.ď le.§.sed si vxori.quod limito verũ,nisi vir esset [b] non soluendo creditoribus suis.

23 Quãdo ď restitui dos? ℞.ꝙ si ꝯsistit in reb.immobilib.ďet statim restitui soluto matri.si verò ꝯsistit in mobilib.rebus, sic intra annum.C.ď rei vx.act.l.vnica §.exactio.Intellige tamẽ in marito,si potest, qa si dolo malo non ẽ versat⁹,non restituet,nisi in quãtũ potest. idẽ priuilegium habebunt filij eiusdẽ matrimonij: carebunt tamẽ tam maritus, quã filij de restituẽda, si ad pinguiorẽ fortunã veniũt, vt no.in d.l.vnica.in §.cum autem.1.& in l.in condemnatione,in prin.ff. de reg. iur. & in l.etiam,in prin.ff.sol.mat.non tamen transit ad hæredes extraneos [c] istud priuilegiũ.l.maritũ,ff.so.ma. de hoc vide gl. in c.mulieres,& ibi per canonistas,de dona. inter vi.& vxo.

24 Sed pone,quãdo fuit data dos,erãt res immobiles,quas vendidit maritus,& emit res mobiles ex earum precio, respondeo, ꝙ non computabũtur immobiles, sed mobiles,casus est in l. cũ in fũdo.§.si fũd⁹, ff. de iure do. & ideò limita dictum.s. ꝙ sint mobiles,vel immobiles tempore mortis viri,& ita iudicabuntur.nec valebit,ꝙ subrogatum sapiat naturam &c.quia non est verum hic,& ideo non statim restituerẽtur.

25 Verum maritus,vel hęredes expensas factas in dote possint defalcare? ℞.glo.in d.capitulo.mulieres,ꝙ necessarias sic ipso iure,vtiles non minuunt dotem,sed petũtur actione mandati,vel negociorũ gestorum.voluntarię etiam cum consensu vxoris factæ solùm permittuntur abradi,si possunt sine læsione rei.C.de rei vxo.ac. l.vnica.§.sed nec,& l.1.ff. de impen. in re. do. fac. Sed hoc non habet locum in expensis factis pro exactione,vel defensione dotis, quia maritus est dominus fructuum dotis, & sic tãquam dominus ipsum tuetur, vt no.ff.de impen.in re.do.fac.l.2. & ideo non potuerit repetere,vt tenet Spe.ti.ď dote post di.re.§.vl.ver.illud etiam,& Io.An.

26 Verum hęredes teneanť alere mulierẽ relictam intra annum? ℞.ꝙ sic.Quod verũ est,si non habet aliunde,vnde alať,non tñ ſm quantitatem dotis,quia si fructus excederent,non tenẽtur nisi solũ ad alimẽta. [d] Et si aliqd de dote restituunt, tenentur in residuo alimentorum;ita no.gl.in d.§.exactio.ff.so.ma.l.diuortio,in prin.vnde,si pater præstitit alimenta filię,poterit ea repetere ab hæredib.viri.facit ꝙ no.Bar.in d.l. diuortio, si verò habet,vnde alať,tuuc hęredes non tenẽtur;ita tenet gl. in d.§. exactio,& probatur in l. extraneo,ff.de ventr. in pos.mit.

27 Sed nunquid tenetur habitare cũ hęredib.mariti? ℞.Bar.in d.l.diuortio ꝙ nõ,qa non inuenitur in iure expressũ: ꝯtrariũ tñ vř verius,quia intra annum dř mulier quasi esse in matrimonio.C.de bo.ma. l. fi. & sic cõsuluit d.Car.ꝙ non poterit alimenta petere, si contra eorum voluntatem alibi sit demorata, dummodò honestè possit apud eos demorari. [e]

28 Verum licitè mulier possit percipere certum quid pro alimentis ab hęredibus mariti,donec dotem sibi restituat? Respon.

quòd

a Legaret vxori] Plenius est legatũ,q̃ ď dote actio dicit ibi tex.

b Nisi vir esset] Faciãt ergo mulieres facere instrumẽta dotalia nè excludãť à creditoribus.

c Ad hæredes extraneos] Ratio, qa priuilegiũ ẽ ꝑsonale,& extinguiť cũ ꝑsona,facit.l.qa,ff. so.matri. Et si maritus pacisceret,ꝙ posset cõueniri vltra, q̃ faceř posset, eẽt ꝯ bonos mores; & ideò ñ valet pactũ,ff.so. ma.l.alia.

d Alimẽta] Bar. di.In d. l. diuortio,ī pri.ꝙ si plures sint fructus, quã alimẽta req̃rãt,illud residuũ est hæredum, sicut si nõ sufficerẽt,deberẽt ď suo alere vxorẽ testatoris. Et cum Bar. tenent Bal. An.Imo.& Rom. atque Rapha.Cuma.ibi. vide tu dominũ Ias. ibi.

e Honeste possit apud eos demorari] Est textus ī l. libertis quos. §.fi.de ali.& cib.le. Et hãc opi.tenet ẽt Bart. in l. Caio.§. imperator.in fi.ff.de ali. le.Bal.Ange. Salice.& alij in l.1. C.de legi. Bar.ꝯ fi.211.vide dom. Iaso. in di.l. di-

quòd fic a de iure cõmuni iuxta no.p Bar.ver quæro, mulier ẽ miffa, poft Cy.C. de bo.aut.iu.pof.auth.ei q & p Ange.in l.Titia,ff. fol. ma.& Pau.de Ca.cõfi.384. & Pa.in c.de prudentia,de do.poft di.re.recitat Ioan. de Lign.in Cle.ex graui,de vfu.& feqtur dicentem, q valet ftatutũ, vt hæres foluat certum qd pro centenario . Limitát tamẽ idem Pa hoc in ea,quæ nõ habet vnde aliunde viuat.fed mihi nõ placet ifta limitatio , quando nõ accipit tale qd ratione lucri , fed ratione ĩtereffe lucri cefsãtis,vtputa qa poti⁹ vellet haberẽ dotem, vt eã implicaret ĩ poffefsionib⁹,vel alijs negociationibus, de qbus verifimiliter tãtum,vel plus haberet:aliàs nõ liceret,& fic intelligo Io.d Imo.in d.Cle. ex graui,poft Mat. de Mat. qui tenẽt nõ licere fine vfura,puta quia folùm accipit ratione lucri,vt infra, Vfura.1.§.19.

29 Verũ vir licitè accipiat poffefsionẽ in pignus pro dote foluẽda , Vide infra, Vfura,1.§.25.

DVBIVM b fecundũ Ifi. li.Ety.eft mot⁹ indifferens in vtramque partẽ cõtradictionis vel dic q dubiũ ẽ ęqualitas rationũ contrariarum fm philofophũ.

1 In dubijs,vbi verfat periculũ animæ , femper tutior pars ẽ eligẽda, & in ipfis,quod certi⁹ eft, tenẽdũ, & quod fine periculo explicari poteft,ita dicit Pan. in ca.iuuenis, c de fponfa.

2 Verũ i dubio debeam⁹ interpretari,vt potius quis ñ fit irregularis? Rỹ.vt colligo ex Pa. in c. cum tu d fili ppofiti , de tefti. & in c.ad audientiã,de ho. Aut loqmur in foro aïæ, & fic demus interpretari irregularitatẽ,& fic de alijs,vbi dubitatur de aliquo delicto ; vide gl.in c.vnico,de fcru. in or.fa. Similiter dicendũ in foro quafi pœnitentiali, vtputa quia non agit ad pœnam propriè,fed vt a minifterio abftineat,aut ab alio, in quo fubeffet peccatũ,ficut in contractu matrimonij. Facit c.fignificafti nobis, de ho.& d. c. iuuenis. Aut loqmur in foro contẽtiofo ; & fic debemus interpretari pro nõ, maximè vbi agitur de pœna,puta quia celebrauit,quia collatio non tenuit,& hmõi , quia in pœnis melior interpretatio eft fienda,vt regula,in pœnis, & regula,odia lib 6. & Idem dic in excommunicatione, & fimilib.

3 Quomodo funt interpretanda ab alijs facta dubia proximorum? R. c.eftote mifericordes,de reg.iur. q in meliorem partẽ; vide infra, Iudicium.§.17.

4 Verba dubia funt accipienda fecũdùm intentionem proferentis.ff.de re.iu. in ambiguis , & vt res potius valeat, quã pereat c.abbate,de ver.fig. aliàs fecundùm communem vfum.c.di.contra morem, vide fupra Caftitas. §. 1.

5 In quo differt dubiũ ab opinione,& fide,& fcientia,vide].Opinio,in prin.

6 In re dubia fidei autoritas eft requirẽda Romanæ ecclefiæ.11.di.palam .

7 In rebus ambiguis abfolutum non dẽt effe iudicium.33.di.c.habuiffe, imo qñ dubium eft in perfona , in facto, vel in iure , nullo modo fententia eft ferenda. 33. q.5. iudicãtem.non dicitur iteratum, quod dubitatur factum, de pref. non bap.c.veniẽs.

8 Dubio exiftente in iure matrimonij , tutius eft contra ftatuta hominum dimittere copulatos , quàm disiungere coniunctos contra ftatuta Dei.c.licet ex quadam, de tefti.

DVELLVM eft pugna duorum,vt dicitur in c.monomachiam,ideft fingulare certamen.2.q.5.& fit p probatione alicui⁹ rei,ita, vt qui vicerit probaffe videaẽ , quod

ñortio,in princi. 6.col. Vbi tractat hanc materiã, qs autẽ hoc probabit? Dic q mulier, Pe. de Anc. conf.146. & Iaf. vbi fupra.

a Refpõ. q fic] Adde adiftũ.§.d. Iaf.in l. de alimẽtis,C.de tráfa.vbi nota ex illo tex.q ille,cui debẽtur alimẽta, licẽt fe de fuo alimẽter põt tamẽ peterẽ alimẽta ab eo, q tenebatur. Quod facit fecũdum Bal.ibi pro viduis fe alẽtib. q tamẽ fuarũ dotiũ alimẽta poffunt petere, fegẽ Ang.§fi.54. Vifis his q infacto.Ad de Pau.de Ca.& Alex.in l.d.uortio,i prin.ff. fo. ma. vbi dicit mulierẽ,q intra annũ luctus dẽt ab hęredib. mariti alimẽtari,nõ poffe petere alimẽta,fi de fuo fe alat,nifi petẽdo cõftituat hęredẽ in mora.Fallit conclufio hic pofita, qñ maritus relinqueret.10.annua tim cafu quo hȓs nõ reftitueret dotẽ; ita Anc.confi. 93. verba teftamẽti i effectu.Vide quod fcripfi].vfura.1. §.19.

b De qbus dubitare non debeamus, hẽs ex Cõci.Trid.feff.6.c. xij. contra inanẽ hęret. fiduciã, & dubitare in oratione ñ debem⁹. Catech.i oratio. do.de ppa sdhi. coniunge q fcribũt in repto.inq. cũ aunot. P. V.

c Pa. in ca.iuuenis] Per illũ tex.

& facit cap. 1. de fcrut.in or.fa.Et tex.in Cle.exiui, de ver.fig.

d Pa.in c.cũ tu] In illo tex habetur, q in dubio nõ habet quis ex cõmunicatus.Loqẽ tamẽ in foro cõtẽtiofo; fecus tamẽ in foro animæ,de fent. ex commu. cum defideres.

a Adde.s.Cōcil. Trid.sess.25.c.19. de refor. Catech. in pcep. Nō occidas. P. V.
b Quod est phibitū] Et dicit Pa. I c.1 de cle.pu.in du. ꝙ duellū fuit inuētum ex diabolica imaginatione, vt sic homines se trucidarēt & insurgeret ais marū perditio.
c Matth 4.] Et Deu.6. ꝙ qđ nullo modo faciēdū est.2.q.2.c.ineq3. Et expresse phibet lege seculari. C.de gla. l. vnica,li.11.Cō. Ho. & Ge. & Tho 2.2.q.95.ar.8.
d Licitè suscipiat] Vide Bald. post antiquos il. Iperator,ff.d sta. ho.i lectu.antiq.
e Reliquas] Fortè qa volūt eas ponerẽ sup se, qua si, vt defendātur per eas.
f Distinctionē] De duello vide Inst. de iure naturali.in §. ius aūt gētiū, sup gl. in ver.bella.
g Adde annotata ad dictionem Crapula. Ad hāc & sequētes voces Ecclesiæ, De hoc ēt videas & repert.inq. & annotationes ad il lud. P. V.
h Est peccatum mortale] Rō ēqa moralia accipiūt idem nōab his, q̄ p accidens adueniūt pter intētio nē.sed ab eo, ꝙ ē p se itētū, qa sm hoc homo volēs & sciēs priuat se vsu rōnis, q̄ sm virtutē operat, & pctā declinat, & sic peccat mortaliter p titulo pec-

quod ē a phibitū b sub pœna mortalis peccati, quia ꝯtra legē Dei ibi, Non tentabis dominū Deum tuum, Matt.4. c & dicitur ī d.c.& ideò nō solùm offerens, sed acceptās cum danrib. auxilium, consiliū vel fauorem & valentib. phibere, & nō prohibentib. peccāt mortaliter, Ad Ro.c.1. digni sunt morte, q consentiunt, & nō excusanẽ ex consuetudine, vel metu acceptātes, nisi vt infra dicam, quia potꝰ dēt quis quęlibet mala tolerarẽ, quàm malo cōsētire decernat.3 2.q.5.ita ne.nec ob. ꝙ Dauid cum Goliaexercuit, 1.Reg.17.qa autoritate spiritu sancti fecit, sicut & Sāson, vt dicit gl i d.c.monomachiā.23.q.5.si non licet.

1 Quę pęna est clerici in duello pugnātis? ℞.quod dēt deponi, & ē irregularis tñ eps pt dispēsare, dūmodò mors, vel mēbrorū dimiṅutio nō interuenerit.c.1 đ cle pu.i du.nec solū efficiẽ irregularis, si ipse pugnat, sed ēt si aliū p se pugnarẽ facit, vt in c.2.e.ti.& qcunq; hoc mādat, ꝯsulit, aut defēdit, si modò homicidiū sequatẽ, vel mutilatio, vt in d. c.2.dispēsat tamen episcopus.cū clerico in beneficio etiam habēdo solùm p sustētatione. vt in d.c.2. cum ibi not. dūmodò non hēat curam animarum.

2 Sed nūqd ille, qui cogitur a iudice tali mō, ꝙ suspendetur, qa habet eū p cōuicto, nisi duellum suscipiat, possit suscipere; cū sit innocēs? ℞. diuersa fuit opi. vt no.i c.1.e.ti.sed mihi placet, ꝙ talis coactꝰ tali coactiōe licitè suscipiat, d & ēt in cā ciuili, qñ nō īminet pbabile periculū mortis, quia sicut licet se defenderẽ, & res suas, & alia facerẽ quæ de se nō sunt mala, sic pugnare, quādo alio modo non potest euadere; facit.c. interfecisti, de homi.in si.

3 Vtrū clerici, q reliqas e afferunt pugilib. ad pugnā dū, sint irregulares, si sequatur homicidiū? ℞. ꝙ si omnino sine ipsis erant pugnaturi, non erunt irregulares alias sic. & sic intellige ēt opiniones diuersas, & ꝯcorda secundùm hanc dist. f

4 Quod dictum est de duello, idem dic de iudicio aquæ feruentis, vel ferri cādentis c.fi.de pur.vul.



Ebrietas est priuatio vsus intellectus facta ad aliquod tempus ex immoderato potu vini, vel cuiuscunque alterius rei potabilis.

1 Vtrū ebrietas g sit peccatū mortale? ℞. vt colligo ex Alex.2.2.q.43.argu. 12. cum sequen.& gl.25. dist.S. aliás ea demum, & doc ibidem. ꝙ aut rarò contingit, aut assiduè. si rarò sic distinguo, ꝙ aut inebrians se cognoscit vini potētiam, & suam complexionem dispositam ad ebrietatem & tamē magis vult ebrietatem incurrere, quā à potu abstinere; & sic est peccatum mortale. h Aut inebrians se nescit vini potentiā, & ignorat, ꝙ ex tali potu possit inebriari, vel non aduertit, & sic nullum est peccatū vel veniale secundùm excessum i potu, & negligentiam in aduertēdo. si verò assidua sit i ebrietas, sic est mortale peccatum nō propter iterationem actus, qa multiplicatio actuum venialium non auget ī infinitum, sed quia non potest esse, quòd homo assiduè inebrietur, quin sciēs & volēs ebrietatem incurrat, aut saltem non omittat diligentiam, quā debet adhibere de necessitate, nè inebrietur, cum habeat tempꝰ deliberationis reprimendi motus veniales, nè procedant in regnum peccati. Ille verò q procurat, vt quis inebrietur, communiter mortaliter peccat, siue sequatẽ ebrietas, siue

cādis se cōmittit dicit.n.Ambr.li. de patriarchis, vitandā dicimus ebrietatē, p q̄ vicia cauerẽ nō possumus. Nā quæ sobrij cauemus, p ebrietatē ignorātes omittimꝰ.
i Assidua sic] Sed Ale.de Iles ī 2.d.39.q.6.Nōergo pro diuturnitate, vel assiduitate cōputatur peccatū mortale, sed p manifestū datẽ intelligi occultū s.ipse cōtemptus rationis.

a Sine peccato mortali] Idem dic de aliquo dante potum inebriatiuum etiam causa medicinæ, quando hoc scit. Tabernarij etiam, cum perpendant aliquos ex nimio vino sumpto inebriari, quod experti sunt pluries, vt in ebriosis, & non curāt propter auaritiā, grauiter peccant secundū Archiepi. Flo. part. 2. tit 6. c. 3.

b Quò ad culpam] Sum tñ dic, q̄ si loquamur ex parte actus p̄cedentis, distingui debet, quia si ex actu illo p̄cedente subsecuta ē postea ebrietas sine peccato, tūc peccatum sequens totaliter excusatur a culpa, sicut de pctō Loth. Si autem actus præcedens fuit culpabilis, tūc non totaliter quis excusatur a pctō subsequenti quia redditur voluntarium ex voluntate præcedētis actus, in quātū s. aliquis dans operam rei illicitę incidit in sequens peccatum, diminuit tñ peccatū, sicut diminuitur ratio voluntarij. facit. c. inebriauerūt. 15. q. 1. Vide S. Tho. 2. 2. q. 150. de pœna au ē vide Pa. in c. sicut, de test. vbi etiam glo. dicit, q̄ si aliquid imputatur, alicui, imputantur, & ei oīa, quę ex illo sequuntur. Et vide bonā gl. I d. c. Iebriauerūt.

c De occidēdis] vtputa iudex ex iustitia hominē occidit, propter q̄d mali homines commouētur, & sequuntur homicidia alia, nunqd iudici sūt imputanda? Certè nō, vt ibi.

ue nō, siue sit pcm̄ mortale ī eo, q̄ inebriatꝰ, siue ñ, q̄a cōsentit in dānū notabile ꝓximi, hoc Th. 2. 2. q. 150. ar. 2.

2 Vtrū pp sanitatē licet inebriari? ℞. q̄ nō sine pctō mortali,[a] tā io operāte, q̄ ī patiēte sciēter: verū ē, q̄ sm Tho. 2. 2. q. 150. cib. vel potꝰ q̄ eēt superfluꝰ sano. ñ erit superfluꝰ īfirmo, puta q̄a datꝰ ei cā medicinæ ad ꝓuocandū vomitū, & sine pctō, qñ talis īfirmitas id requirit, sed non vsque ad ebrietatem, Idē Ale. vbi supra, ar. 13.

3 Vtrū ebrietas excuset a pctō? Rēs. q̄ excusat a tāto, sed nō a toto. Intellige quò ad pęnā, sed quòad culpā[b] excusat a toto, qđ fecit in ebrietate, ex quo ē sine vsu totali rōnis, & facit qđ no. 15. q. 1. in c. sanè, & ca. si q̄s insaniens. Quò ad pęnam Pa. in c. q̄a diuersitatē, de cōcess. p̄b. tenet q̄ nō imputatꝰ nisi id, qđ ex culpa imediatè ꝓcedit, non qđ mediatè, & facit qđ not. in text. & in gl. 23. q. 5. de occidendis,[c] & in c. licèt, de test. vñ dicit q̄ licèt q̄s excōicetur pp suā culpā, non tñ īputatꝰ postea ei q̄ beneficiū non contulit itra tp̄s debitū, nisi fuerit in mora petendę absolutionis, q̄a culpa non est cā immediata, sed excōicatio q̄ ē pœna, sic in ꝓposito licèt sumptio potꝰ superflui fuerit culpa, & cā imediata priuationis vsus rōnis, ñ tñ est cā imediata homicidij, vel alteriꝰ, quod facit, & iō nō erit irregularis sm̄ illā opi. Ri. in ī 4. di. 15. q. 5. ar. 3. tenet q̄ erit irregularis, & q̄ ei īputantꝰ ad pœnam oīa, q̄ sequūtꝰ, sed mihi magis placet[d] opi. Pa. & ꝓ eo est tex. cū gl. in d. c. de cętero, de homi. nisi volūtariè inebriari voluisset, vt postea nesciēs occideret, q̄a sic ei īputaretꝰ, sicut tenet gl. in d. c. de cętero, ēt quodcūq; quod secutum est, quanuis mediatè processisset.

4 Vtrū ebrietas largo mō dicta, qua q̄s non totaliter priuatꝰ vsu rōnis, sed bene alteratꝰ, scit tñ qđ facit, similiter sit pct̄m mortale, & ex cusetꝰ? Res. absq; dubio non excusat a malo, qđ ꝑpetratꝰ, ex quo scit, qđ facit, nec ēt credo talē excusari a pctō mortali q̄ sciēter imbiberet q̄ talē grauedinē icurreret tū pp piculū ebrietatis, tū q̄a sine notabili læsione rōnis hoc fieri ñ p̄t. In eo āt, cui hoc accidit iaduertēter siue rarò, siue ēt frequēter, ñ credo sit mortale pct̄m, q̄a ñ facit a ꝓposito & sciēter, q̄a ñ ita teneꝰ talē alterōnē vitarꝰ, sicut ebrietatē, q̄ priuat vsu rōnis totaliter.

5 Vtrū teneāt gesta p̄ talē ebriū? Res. q̄ non, qñ ꝓpriè ē ebriꝰ, sed qñ non ē ꝓpriè ebriꝰ, sed cōfortatꝰ, & scit qđ facit, tūc tenēt, licèt ī multis succuratur ei, vt in iuramēto, & confessione, & similib. p̄ misericordiā iuris, vt s. dixi. Blasphemia.

ECCLESIA[e] sumiꝰ multipl̄r vt 68. di. c. quorū vices[f] & 7. q. 1. sciꝰ dēs,[g] & nè

d Sed mihi magis placet] credo, quòd sit magis tuta opinio Ricard. per ea, quæ dicta sunt, supra dubium §. 2. non obst. c. de cætero, quia videtur magis facere pro Ric. Nam diaconus ille, qui dedit causam homicidio, debet repelli a sacerdotio, licèt glos. intelligat de causa proxima, non de remota, & sit summa nostra vult, q̄ ebrietas sit cā remota, sed detur, q̄ sit, tamen est causa illicita, quare tutius tenendum est, q̄ sit irregularis, istā opi. tenent Matt. Zen. Car In Cl. 1. de homici. Ast. l. 2. tit. 43. facit, quod dicit Bal. in l. qui data opera, io 4. col. in. C. q̄ accu. non poss. vbi dicit, q̄ delinquēs in ebrietate est in lata culpa. Rose. homicidium. §. 4. & 5. idē tenet. Opi. tamen huius sententiæ non est dānanda, licèt aliās sit tutior & communior.

e Adde Catech. in Symbolo. in arti. Credo s. eccle. catho. cap. 1. & 2. & S. Concil. Tridentinum. in multis locis ecclesiæ appellationem non vno modo accipere, quæ tibi ab indice a Ziletto impresso suppetuntur. P. V.

f Capitulo, quorum vices] Ibi est gl. 1. in ver. ecclesia, quæ dicit aliquando ecclesiam dici matrē, aliquando filiā, aliquando vxorem, vt ibi p̄ eā, vide etiam glos. in d. c. vl.

ff.de ver.ob.ꝙ siue substantialia contractus, vt puta precium in vēditione, & similia, siue accidentalia, puta venditur seruus, si rationes reddiderit, & hmōi, cōmittantur in arbitriū certæ personę, valet contractus, si ille voluerit arbitrari, nā sicut substātiale vltimæ voluntatis pt̄ ferri in arbitriū hæredis. l. si sic, in prin. ff. đ lega. 1. ita in contractib. l. si seruū filij. §. eū qui, ff. de le. 1. & ꝑ hoc videt casus in l. si libertus ita iurauerit, ff. de ope. li. vbi valet promissio liberti facta đ operibus ad arbitriū patroni & si male arbitratus fuerit, potest cogi, vt arbitretur sicut bonus vir, sic in proposito q si arbitrari noluerit, vel nō potest, sic non valebit. §. p̄tiū, Inst. de emp. & vendit. si verò mortuus fuerit alter contrahentiū, si fuit cōmissum super contractu ꝑficiendo, [a] non poterit arbitrari. si verò super cōtractu perfecto, [b] sic non expirat eius arbitriū, sed sicut contractus transit ad hæredem, ita obligatio de stando arbitrio dictæ personæ secundū Bar. in d. l. si quis arbitratu.

31 Qūo aūt contractus emptionis, & venditionis rescindatur pp dolū, habes supra Dolus. §. 9. vel pp minoritatem precij, qñ ē citra dimidiā iusti precij, vel propter alias causas, vide Host. in sum. eod. tit. & Azo. in sum. C. de rescin. ven. quia parum ad confessores, sed sufficit, quod dictum est.

EMVNITAS, Vide infra, Immunitas.

ENORMIS iniuria quando dicatur, R̄. c. cum illorum, de sen. ex. exēplificat, si mēbrū mutiletur, si effusio sanguinis fit. Et intelligunt doct. ibidem, quādo effusio est in abundantia, & de mēbro, de quo sanguis de facili non exit. Item si in episcopū, aut in abbatem, vel prælatum, seu superiorem sit iniecta manus, Inst. de iniu. §. atrox dicitur, si quis vulneretur. intellige, si vulnus eget medicamine chirurgiæ, vel emplastrorū, seu aliorū medicinaliū s̄m Mona. Itē si quis fustib⁹ ceditur, si in theatro, vel foro, aut in conspectu judicis verberetur. Itē s̄m alios ī ecclesia, vel cœmeterio, aut dormitorio verberetur, ar. de sent. exc. c. cum pro causa. 17. q. 4. quisquis, & §. qui autem. [c] Item si sacerdoti induto vestibus sacerdotalibus. C. de iniur. l. atrocem. Sed breuiter dic, ꝙ iniuria dicitur enormis. Primò ex persona, & in iure non habemus expressum, nisi quod dictum est in d. ca. cū illorum, & in d. l. atrocem, & Insti. de iniu. §. atrox, & ff. eod. titul. l. prætor. §. atrocem. vbi dicitur de magistratu, parente, & patrono, epo, pręlato, [d] & sacerdoti induto, vt supra dictū est. Secundò ex loco, vt puta si in conspectu prætoris fiat, seu pręlati, vt in d. l. prętor, & in theatro, vel foro, vt in d. §. atrox, & l. sed est quæstionis, in prin. ff. de iniu. Tertiò ex tempore, & hoc est arbitrarium, vt puta ludi, vel magnæ festiuitatis. Quartò [e] ex re, puta ex vulnere, vnde dicit l. vulneris magnitudo atrocitatem facit, & nonnunquam locus vulneris, veluti oculo ꝑcusso, hęc ibi. ff. de iniur. ita incipit. Quintò ex modo, vnde dicit Pa. in c. cum illorū, ver. & in fi. gl. de sen. exc. ꝙ percussio in ecclesia, vel in platea, ē excessus notori⁹ & dicitur enormis. d. §. atrox, & ꝙ episcop⁹ non potest eum absoluere ex talib⁹ iniurijs notorijs factis ecclesiasticis personis.

1 Sed qs habebit arbitrari, an sit enormis iniuria? Res. ꝙ ille, q hēt absoluere, & ligare, an sit suæ iurisdictiōis, vt puta possit eū absoluere vel ne, ar. c. super literis, in fi. de rescrip. & l. si quis ex aliena, ff. de iudi. Sed caueat, vbi ius determinauit atrocē nè ipse velit leuem arbitrari, quia non absolueret sed deciperet, secus vbi ius nō determinat.

EPISCOPVS Grecè, Latinè speculator interpretatur, vt dicitur. 21. di. c. cleros, vel. episcopatus, & 8. q. 1. qui episcopatum speculare enim debet mores, & vitam populi sibi subiecti, & intendere ad eorum salutem, vnde episcopus hęc negligens est in peccato mortali, & dr̄ canis ipudic⁹. 2. q. 7. q nec, & debet lectioni, & orationi vacare,

esset contrahentium, de quo dic vt per gl. Inst. e. §. pen.

a Super contractu perficiendo] exemplum, vendo tibi equū, si Titius diffinierit preciū &c. Nam ꝑcium est de substantia, & nisi sit declaratum, non valet venditio. d. §. precium.

b Super contractu ꝑfecto] exemplū, vēdo tibi vnū ex equis meis de larandū p Titiū & hoc hēt locū in arbitratore l. idē ꝓferre. § 1. ff. de arbit. ca ex parte, & c. si e. ti. secundū Bart. in l. si societatē. §. arbitrorū, ff. pro soc. Ias. in d. l. si quis arbitratu.

c §. qui autē] est sub c. si quis suadente.

d Epo, prælato] Non sunt verba formalia de ꝑlato sed à maioritate rōnis arguit.

e Quartò Adde ēt de iniuria super atroci d. l. ꝑtor. § fin. de iniurijs.

care, vt in c. episcopi, ibidẽ nec debet habere familiaritatem praui hominis, vt in c. peruenit, eadem causa, & quęstione, imò presbyteros, diaconos, clericos boni testimonij debet penes se habere, vt in d. ca. episcopi, & c. cum pastoris, & de cons. di. 1. c. episcopus deo.

1 Verũ principalis debeat intendere multiplicationi temporalis? Re. f[?]m Tho. in quol. ꝙ non, sed eius propria, & præcipua cura dẽt esse circa custodiam gregis sibi commissi orando, prædicando, sacramẽta dispensando, & sua iuxta qđ res exigit, erogando. Potest tamen intendere multiplicationi temporalium ad vtilitatẽ ecclesiæ. qñ opportunitas adest, & fieri possit sine damno spiritualiũ notabili, aliàs non: Ale. autem. 2. titul. de auaritia, mẽbro. 10. in fi. dicit, ꝙ episcopus non pt̃ cõgregare ad sui tuitionẽ, siue ecclesiæ, sicut rex põt, sed debet conuertere res ecclesiæ in vsum ecclesiæ, quod facit pauperibus dando. Ratio est qa rex ad hoc constitutus est, vt subditos in pace teneat, & defendat ab aduersarijs, & ideò põt ad hoc congregare, non sic episcopus, sed vt faciat bonũ ecclesię, quod facit dando pauperibus. facit. 12. q. 2. aurum, vnde tenet Tho. 2. 2. q. 185. arg. 7. ꝙ si bona ecclesiastica non dispensat in pios vsus sed notabiliter deficit, peccat mortaliter, & ad restitutionem tenet. Sec⁹, si in modico deficiat. Addit tñ, ꝙ si necessitas nõ imminet pro pauperibus ꝙ potest reseruare in futurũ, vel emere possessiones, vt tempore necessitatis prouidere possit. Bona verò patrimonialia põt tenere ad libitũ, dummodo ordinatè.

2 Verum liceat appetere episcopatum? Res. quòd non. 8. q. 1. qui episcopatum, ibi dicitur, Locus superior, sine quo populus regi non potest, & si ita retineatur atque administretur, vt decet tamẽ indecenter appetitur, quamobrem otium sanctum quęritur gratia veritatis, negociũ iustum suscipit necessitas charitatis; quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ veritati vacandum est. Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatẽ. Sed nec sic omnino veritatis delectatio deserenda, nè subtrahatur illa suauitas, & opprimatur iusta necessitas hęc Augu. ex quo patet, ꝙ appetitũ illicitè a & quando sit mortale, vide supra ambitio. §. 1. & oblatus recusatur cum peccato mortali, si est dignus, & ęquè dignus non est, cui debeat dari. Facit similiter ad hoc. c. in scripturis, ea causa. 2. q. vide supra Electio. §. 30.

3 Quam iurisdictionem habeat, vide de off. ordin. per to. quia ad confessores non pertinet.

4 Verum episcopus possit concedere autoritatem non episcopis, quam ipse hẽt? Res. Pa. in c. accedentibus, de exces. præla. ꝙ non ea, quæ spectant ad ordinem episcopalem, sicut ordinare, chrismare, consecrare, & similia, quæ not. in c. quanuis. 68. di. & in c. aquę, de cons. eccl. vel alta. Ea verò quæ spectant ad dignitatem episcopalem, bene potest, sicut cognoscere de causa matrimoniali, iniungere publicam poenitentiam, concedere indulgentias, iudicare de clericis, & huiusmodi, vt 16. q. 2. vsus. præter insignia, vt vsus, mitrię, & pontificaliũ, quæ solus papa concedit, ar. c. vt apostolicæ, de priui. li. 6. & etiam quæ sunt iurisdictionis, potest concedere, quanuis nondũ sit consecratus, nec sacerdos secundũ eundem Pa. vbi supra, ver. inducitur etiam ad q. post Io. And. & Cal. vt ibi no. Pa.

5 In quibus potest episcopus dispẽsare, vide supra, dispensatio. §. 5.

6 Verũ episcopus cadat in poenã suspensionis

a Quod appetitur illicitè] Sã. Th. 2. 2. q. 185. art. 1. dicit, ꝙ circa epatũ tria sunt cõsiderãda, quorum vnũ est principale & finale, s. episcopalis operatio, per quã vtilitati pximorum intenditur, Io. vlti. Pasce oẽs meas. Secundũ est altitudo gradus, quia episcopus sup alios cõstituitur, Mat. 25. fidelis seruus & prudens. Tertiũ est, quod cõsequenter se habet ad ista, s. reuerentia, & honor, sufficientiaque temporaliũ, 1. Tim. 5. Qui bene pręsunt presbyteri, dupli. honore habeantur. Appetere ergo episcopatum ratione huiusmodi circunstãtium bonorum illicitum est, & pertinet ad cupiditatem, & ambitionem. vnde Matt. 23. Amãt primos accubitus, &c. Quantum ad secundũ est psumptuosum, p quo dñs arguit discipulos, Matt. 20. principes gentiũ dominantur eorũ &c. vbi Chrys. s. per hoc ostendit, quod gentilis est primatus cupere, & sic gẽtium comparatione eorum animam ęstuantem conuertit, sed appetere proximis prodesse est de se laudabile, & virtuosum, verumtamen, quia episcopatus habet annexam grad⁹ celsitudinẽ, præsumptuosum videtur, ꝙ aliquis pręesse appetat, nisi manifesta necessitate imminente; hęc Tho. &c.

fionis, aut interdicti? ℞. φ non ex nulla cõſtitutione, niſi in ipſa de ipſis epis fiat ſpecialis mentio. Similiter nec eorum ſuperioris, vt i c. quia periculosũ, de ſent. excom. li. 6. Idem dic de ſuſpenſione à beneficio à iure poſita, vt in c. ſi ꝯpromiſſarius. §. hmôi, de electio. li. 6. Secus de excõmunicatione, vt no. in d. c. qa periculoſum, in gl. in ver. ſuſpenſionis.

7 Vtrum epiſcopus poſſit diſpenſare in pluralitate beneficiorum, vide ſupra, beneficium. §. 38.

8 Vtrũ executiõe deuoluta ad epiſcopũ propter negligentiam executoris teneatur epiſcopus ſeruare formam, quam tenebantur executores? ℞. Bal [a] in l. ſi puellã, C. ſi man. ita fu. ali. φ ſic, & facit tex. in Cle. 1. ꝺ ſupplen. negl. prœl. & quod no. Io. And. in c. publicato, de elec.

9 Vtrũ mortuo epiſcopo expiret officiũ vicarij? ℞. Pa. i c. 1. nè ſe. va. vlt. nota. φ ſic, vt no. gl. in Cle. fi. de. proc. Idem videſ de officio prioris cõſtituti ab abbate mortuo abbate, arg ex no. in d. Clem. fi. ſec⁹ ſi conſtitutus eſſet ab abbate cum capitulo, arg. cap. 2. de ſtatu regu. in glo. in verſicu. non mutentur.

10 Epiſcop⁹ in ſinodo debet ꝯſtituere aliquos idoneos viros per totã diœceſim, quos debet iuramento aſtringere ad denuntiandum ſibi, vel per eum miſſo, quicquid ꝑpẽderint fieri contra voluntatem dei, & totã chriſtianitatem, quod pertineat ad iuriſdictionem eccleſiaſticam, vt habeẽ in c. epiſcopus in ſynodo, 35. q. 6. & tales appellãtur teſtes ſynodales.

11 Epiſcopus põt [b] cogere religioſos mẽdicantes, vt vadant ad ꝓceſſiones. c. nimis praua, & ibi Abb. 3. no. de exceſſ. prœla. Ex quo dicunt doc. φ ex quo prohibeẽ eis, nè ex leui cauſa compellant eos ire ad ꝓceſſiones, ſequitur, φ ex magna & graui cauſa poſsũt, puta vt nouo itroitu epiſcopi, vel legati, vt imminente peſte, aut alio flagello, vel in generalib. letaniis, quę ſunt tres dies rogationum. hæc no. Pa. in c. dilectus, ꝺ of. or. qđ eſt verũ, niſi ſpãle priuilegiũ habeãt.

12 Epiſcopus in eccleſijs baptiſmalib. dẽt ordinare magiſtros, qui doceãt pueros in ſtudijs literarum, liberaliumque artiũ aſſiduè, vbi neceſſitas occurrerit. 33. diſtinctione de quibuſdam.

13 Epiſcopus ſinguli annis ſynodũ teneat admouendo clericos, conſtitutiones legẽdo, & laicis prædicando, vt 10 q. 1. placuit. item ſingulis annis ſi põt, viſitet oẽs eccleſias, monaſteria, & hoſpitalia ſibi ſubiecta.

14 Eps tenetur deputare in eccleſijs cathedralibus, & alijs conuentualibus viros idoneos ad prędicandum, & confeſſiones audiẽdũ: aliter peccat mortaliter. ſimiliter qñ ipſe non poteſt propter amplitudinem diœceſis, vel alia occupatione, tenetur habere viros potentes in opere, & ſermone, qui viſitent, & doceant vice eorum plebes ſibi commiſſas, & eis prouideant de ſuſtentatione, vt in c. inter cætera, de off. ordi.

15 Epiſcopus debet, quos vult ordinare ĩquirere, primò de ætate debita ad illũ ordinẽ. dic vt infra, ætas, & de literatura. Nã ordinans ſubdiaconum, vel diaconum, qui neſcit officiũ, videtur peccare mortaliter, quia prębet ei cauſam peccãdi mortaliter. Quantũm verò ad illos quos promouet ad curam animarum, φ habeãt ſciam neceſſariam, de quo ſupra, cõfeſſio. 4. §. aliàs peccat mortaliter. Itẽ non permittat, φ notarius petat ſalarium in ſcribẽdo ordinãdos, quia prohibitum eſt 1. q. 2. ſicut epiſcopũ, intellige ſm gl. ibidẽ, quãdo eſt ſalariatus; aliàs poteſt accipere aliquid, dummõ epiſcopus non participet in lucro, licèt cõtrarium teneat gl. ibidem in ver. calamum.

16 Epiſcopus poteſt quærere de titulo bñficij ſui ſubditi, ſi non conſenſit in eũ, vt voluit Fed. cõſi. 98. & idem dic de quocũque alio cuius intereſt.

17 Epiſcopus eccleſiaſtica officia non dẽt cõmittere propinquis, nec adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarũ, vt in c. indicatum eſt nobis 89. d. cum c. ſe. ſed œconom⁹ debet eſſe clericus honeſtæ vitæ, vt probatur ea. di. per totum.

18 Epiſcopus in conferẽdo beneficia dẽt attẽdere, vt det dignis: aliter peccat mortaliter ſecũdũm Tho. & Alb. in 4. facit quod no. 61. di. c. in ſacerdotib.

19 Epiſcopus in publico dẽt vti lineis niſi

ſic

a Rñdet Bal.] Exẽplũ, teſtator ordinat, vt bõa ſua diſtribuãt ĩ. pauperes Chriſti ꝯſilio prioris ꝑdicatorũ, vł gnar diani Minorũ, ſi hoc eps non ſeruat, nõ valet ei⁹ diſtributio ſecũdum Bal.

b Sino. Triden. ſeſſ. 25. capi. 13. d ref. P. V.

a Pan.in c.ego] In ver.est 4. arg. & dicit esse acerbum hoc.
b Conc.Tri.ses. 7 c.1.sess.2 1.c.2. de ref. P. V.
c Aliqd nescit] Punit Io And in Cle.1.d iudicijs, in ver.certa scié tia.
d Facit ius] Qd fortè intelligendum est quò ad forum cõtentiosum, non autem conscientiæ, vt arguit gl in d.c. ecce in ver.si. error, & proced t l depēditib. a iurisdictione, non in dependentib. ab ordine, seu in sacramentalibus quia in his attenditur veritas, & nō t pinio ita Panor.in c.apostolicam, de presbi. non bap.

sit religiosus, sup indumētis, vt in c.clerici officia, de vi.& ho.cle.

20 Episcopus tempore interdicti potest celebrare, & celebrari facere vbicũque, & audire diuina, vt in c.fi. de priu.li.6. Quod limita., vt in c.quod nonnullis, de priu.f.interdictis exclusis, submissa voce, ianuis clausis, & campanis non pulsatis, & ipse specialiter nō sit interdictus, vel non fuerit causa ipsius interdicti.

21 Episcopus pt vbicunq; cũ altari portatili celebrare, & celebrari facer.d.c.fi.

22 Eps non seruans canones, vel non faciens seruari est periurus, no.Pa.in ca. ego, a de iureiu.allegat gl. sing.in c.sacerdotes, el 1.2. q.7.qui dicit, quòd a prælato non seruante canones pt recedi, sicut ab excõicato receditur, & præciso. Quod intelligit dict a Pa.verum, quando ex contemptu non seruat, nec seruari facit, aliàs secus.

23 Vtrum episcop a, pro persecutione sui corporis possit fugere? Res. ſm S.Tho.2.2. q.185.ar.5. ꝙ vbi subditorum salus exigit personæ præsen iam, non potest fugere pp aliquod damnum temporale, vel corporale, imo tenetur sicut bonus pastor animam ponere pro ouibus suis. vbi verò sufficienter in absentia per alium posset saluti subditorum prouideri, tunc licitè posset fugere nec est mercenarius tunc. Hoc idem patet in c.scitcitatis.7.q.1.vide Inn.in ca.nisi, de renun.& gl in S.hoc tunc obseruãdum. 7. q.1.ibi enim discutitur, qñ fugere potest.

24 Episcopalis dignitas liberat a conditione seru li, & ascriptitia, 54.d .si seruus sciēte el 2. & etiam a curiali secundùm canones, vt tenet gl.in d.c.si seruus, licèt fortè secus de iure ciuili.

25 Episcopus, si habet iurisdictionem tēporalem in aliquo loco, debet constituere iudicem laicum, qui in causa præcipuè criminali faciat iustitiam, & potest etiam ei speciali super aliquo maleficio delegare, vt faciat iustitiã, & non efficitur irregularis, dummō per suã rñsionē neque directè, vel indirectè indicet iudici, ꝙ debeat pœnam sanguinis irrogare, sed solùm in genere, ꝙ faciat iustitiam, & quod si dubitat, cõsulat peritos iudex, aliter esset irregularis, c.literis, de excess.præla. Tenet tamē Rod. ꝙ etiam potest dicere, ꝙ puniat reum, ſm ꝙ ius vult, dummō non exprimat de morte, vel de mutilatione, vt ēt no.Hug.dif.3. c.omnis autem lex.præsens tamen non dēt esse vindictæ sanguinis, vt in d.c.ex literis.

26 Vtrum episcopus b peccet mortaliter respondendo in ordinatione sua, cũ interrogatur, vtrum sciat nouum, & vetus testamentum quod scit? Res.ſm Ri.in quol.3 q. 14.ꝙ sic, si est ita ignarus, ꝙ nesciat in gñali mandata dei, articulos fidei, virtutes, & vitia, etiam sacramenta, quia tunc mentitur perniciosè. Si verò non est ita ignarus, quin sciat vetus., & nouum testamentum quantũ ad ea, quę necessarium est scire ṗlato, sine quorũ sciē.ia non pōt conuenienter exequi officiũ suũ, tunc non credit, ꝙ peccet mortaliter, licèt in alijs sit indoct a, quia videtur ꝙ cõsuetudo sic solùm velit.

27 Vtrum religiosus promotus in episcopũ teneatur ad obseruãtias regulares? ℞ ꝙ sic, vide j.monach a.S.7.& religiosus.S.34.

ERRARE est aliud pro alio putare. vnde Aug.38.di.in c.quanuis, inquit, Quisquis se æstimat scire, quod nescit, pro verò quippe approbat falsum, quod erroris est proprium, ad idē.32.q.2.in quib.& ideo in d.c.quanuis, dr̄, ꝙ non est consequens, vt continuò erret, quisquis aliquid nescit. b

1 Vtrum error sit peccatum? Res. ꝙ in his q̄ non pertinēt ad regnum Dei capescēdũ, vel non, sic non est peccatum, aut si est, minimum est, vt in d.c.in quibus.

2 Errantes non videntur, consentire.l.nihil consensui, ff.de re.iu. ratio habetur infra matrimoniũ.3.impedimento.4.in prin.

3 Error iuris an excuset a dolo, & consequenter a pœna, quæ debetur propter dolum? Res.ꝙ sic. vide supra, dolus.S.1.

4 Error communis aliquando facit ius, ar.94.di.100.ecce ego quasi, in fin.& ind. Barbarius, ff.de of.prætO.

5 Errorem suum quilibet debet corrige re.

a Catec. de cōfe ti.de pœ.si c.sed qm. &c. sed iam ordo. P. V.
b Syn Trid.sess. 23 c 12.de re.P.V.
c Ampliat Syn. Tri.ses.25.c.7.ad ann.40. P. V.
d Sy. Tri.da ærta. legīma ad dignitates, & psonat⁹ obtineri.sess. 24. c.12.de ref.P. V.
e Sy Tri.ses.21. c.6.de ref. P V.
f Ca indecor] Gl. ibi tenet contrariú, & malè.

re.36. quæstio.9. S. his ita.

6 Error qñ dicatur in tolerabilis? Res. qñ aliqd cōiter. vel in suo genere est pctm̄, vt in c.venerabilib.S. p̄r, de sen.exc.li. 6.vel si cōtineat aliquod impossibile,vt i gl. c. p tuas, de sen.ex.vel ptra ius, vel legē,vel excōicet, qa bonum fecit,puta eleemosinā, vide in d.gl.in ver. tollerabile,& ibi Pa.

ERVBESCENTIA de bono est pctm̄,& filia accidiæ, & contingit quadrupliciter. Primò cū erubescit de defectu naturæ, vt puta,qa est claudus, & hmōi,& hæc est pctm̄ si est nimia. 56.di. nasci,&.c.nunquam erubescamus. Secūdò cū erubescit dicere veritatē, vt prędicare, testificari,corrigere, & hæc aliqñ est mortalis, si nō facit, qñ tenetur de p̄cepto. Tertiò [a] cū erubescit confiteri mortalia peccata,& si omittit pp hoc, mortalis ē. Quartò cum erubescit ieiunare,orare,& hmōi, nè dicatur sanctus,& hæc est peccatum veniale,quando omittit non necessaria, sec⁹, quando necessaria, quia mortale.

ETAS determinata reqrit in multis necessario a iu. ita, q nō tenet gestū añ.
1 Et primò in sponsalib. 7.annorū cōpletorum, vt in c.vnico, de despon impu.li.6.
2 In matrimonio verò. 12.annorū in fœmina,& 14.ī masculo, nisi malitia suppleat ætatem, quod tunc est, qñ sunt potentes ad coeundum simul, vt no.in d.c.vnico.
3 In voto religionis, seu professione fienda reqritur. 12. in muliere. 14. in masculo completus, vt hr̄ de muliere in c.cū virū, de regula.& in c.puellæ. 20.q.1. & in cap. puella, 20.q.2.de masculo, in c.significatū, de regula.& in c.1.de regula.li.6.Fallit in casu, de quo infra. Nouitius. S.2.
4 In ordinibus[b] capiendis primæ tonsuræ est.7.annorū completorū, vt in c.in singulis. 77.dist.& ēt triū minorum ordinum, vt in d.c.in singulis,& quicunque conferrēt añ p̄dictā ętatē (nisi religionē intraret) suspensus est ipso facto per annū a collatione eiusdē ordinis, de tēp.or.c.nullus, li. 6. Acolitatus post. 12. annū, vt in d.c. in singulis. Subdiaconatus est.18.annus inchoatus. Diaconatus verò 20.Presbyteratus. 25.vt i Cle.gn̄alē, de ęta.& quali.or. si tn̄ ordinet ante dictā ætatem quis, suscipit quidē characterē ordinis, sed non executionē vsque ad cōpletū tp̄s, vt in d.Cle.gn̄alem nec ep̄s p̄t dispensare vt ibi no.in gl.in ver.anno.
5 In beneficijs[c] regularib.in abbatissa.30. annorū completorū, similiter & in priorissa, seu matre, vel ministra, quæ habet regere monasteriū, vt in c.indēnitatib.de ele.li. 6.in prin.in abbate. 25. annorū incæptorū, qa dicit, attigerit per c.cū i cunctis, in.S.inferiora, de ele. vbi regulariter ad quālibet dignitatē [d] obtinendā reqritur illud tp̄s, licèt non de abbate sit aliqd specialiter expressū. In prioratu collegiato. i. q habeat sub se collegiū.25.annorū inceptorum, ar. Clem.nè in agro.S.cæterum, de sta. reg. In prioratu verò non conuentuali, si hēt curā animarū, quā habeat p se exercere, requirit 25.annorū incæptorū, qa oportet sit sacerdos, Secus, si non hēt per se exercere, tunc sufficit ætas.20.annorū completorū.d S cęterum. In prioratu aūt q non habet curam animarū, reqritur ętas 14.annorū completorū, qa oportet sit professus. ca.nullus, de ele.li.6.& ita tenet Pa.in c.super inordinata, de præb.licèt Fede.con.47.dicat sufficere ætatem. 7. annorū, cui non credo, quia oportet sit pfessus in religione, vt dictū est in beneficijs sęcularib. quæ habent dignitatem. In ep̄o. 30. annorum completorū, ca. cum in cunctis, de ele. Inferiora verò episcopatu requirunt, q attigerit 25.annum d.c.cum in cunctis.S inferiora. & si ecclesia curata conferatur ei q non attigit.25.annū, ipso iure vacat, nec ep̄s p̄t dispensare, c. licèt canō, de ele.li.6.Sed bene ep̄s pōt dispensare in dignitatib. vel psonatib curā animarū nō habētib. vt 20.ann. cōpleto habeāt.c.pmittim⁹, de æta.& qua.li.6.in bn̄ficijs [e] verò simplicib, sūt opiniones, sed mihi placet opi.Cal.quā legit Pa.i c. sup inordinata, de p̄b. q si bn̄ficiū sonat i nomē rectoriæ, vt puta qa ē ecclesia, vel capella p se stās habēs ad regimē clericū, tūc req̄ at ætas, 13.annorū cōpletorū, vt in c.decorū, [f] de æt.& qua. qa q nescit se regere, nec ecclesiā. si verò ñ sonat rectoriā, sed ē bn̄ficiū in ecclesia, tūc si reqrit maturitatē 2.illi, vt

in

in canonicatu ecclesiæ cathedralis, Ho.& Are.tenẽt ꝙ reqrĩ ætas. 14.an. qa añ nõ põt iuta sapiẽtiũ tractare, sicut dicim⁹ i milite volẽte testari añ illã ætatẽ,i l. licet,C.de testa.mi.ẽ lex si. si verò nõ reqrit maturitatẽ ꝯsilij,tũc 7.an. ẽ ætas; & ista sunt bñficia in multis ecclesijs ꝑ clericis pueris.

6 In electionib. monialiũ requiritur ætas. 12.an. cõpletorum; al ter nulla admittiẽ ad eligendũ,vt in c. indẽnitatib.de ele lib.6.In iuro, & testimonio reqriẽ pubertas,vt not.i c.paruuli. 22.q.5.& in c.testes. 4.q. 3.ver.1.& ver.liẽ i l.Iul.1.

7 In testamẽtis, & multis alijs, q̃ omitto, qa ad nos nihil, requiriẽ pubertas.in electiõe sepulturę reqriẽ, ꝙ ad annos pubertatis pueniat,ar.c.licet,đ sepul.li 6.

8 Qũo cognoscẽt,qñ reqriẽ ætas cõpleta,qñ de mẽte ignoraẽ statuẽtis, vel disponẽtis? ℞.Bar.in l.si cui, in prin.ff de leg.1.ꝙ qñ ætas profert i genitiuo [a] requiriẽ ꝙ cõpleta sit. in ablatiuo cũ ꝑpositione, in, [b] sufficit sit inchoata. sine ꝑpositione reqriẽ cõpleta, [c] Cle.1.de sequest.pos.In accusatiuo cũ verbo significãte rẽ pfectã,vt ꝑpositio,Per [d] vel cũ futuro [e] ꝯiũctiui reqriẽ ꝯpleta. l.nõ putabã, & l.si i annos,ff. đ cond.& demo.sine tali verbo, si de fauore agiẽ,sufficit inchoasse [f] si de odio,reqriẽ ꝯplet⁹ [g] l.ad rẽ publicã,ff de mu.& ho. In accusatiuo cũ ꝑpositione,ad,sufficit ĩchoari.l.filiũ.§.1. [h] ff.ad Trebel.

EVAGATIO mentis est filia accidiæ, ꝑpter tędiũ boni operis euagaẽ varia cogitãdo, vt ipsũ tædiũ euitet,& hęc ĩducit ad multiloquiũ, & vaniloquiũ, & audiendũ noua,& facit ĩstabilẽ in loco,q̃ tũc sunt mortalia,cũ fit ꝑ prædicta contra aliquod præceptũ,aliàs veniale. Hæc ex S.Tho. 2.2. q.35.ar. 4. ad secundũ. In oratione autem an sit peccatum,Vide oratio.§.10.

EVANGELIVM legẽs sacerdos vtitur stola, sicut diacon⁹. 24.di.ecclesiastica. Euangelium non sedẽdo,vel genuflexo,sed stando audire debemus, de cõsecra.di.1.apostolica.

EVCHARISTIA, [i] id est bona gratia ab eo, qđ est bonũ.& Charis.gratia, & sic nominatur, secundũ ꝙ continet realiter Christũ qui est plenus gratia.secundùm verò quod est signum rèmemoratiuum passionis Chri, q̃ fuit sacramentũ verum,dr̃ sacrificium, secundùm autem ꝙ est signum demonstratiuũ vnitatis ecclesiæ,cui homines aggregantur per ipsã,dr̃ communio,prout verò est præfiguratiuum diuinæ fruitionis, quę est in patria, dr̃ viaticum, [k] quia præbet nobis viam perueniẽdi ad illam, vel quia datur transeunt b. de hac vita ad ipsum Christũ,vnum tñ est sacramẽtũ, in quo sunt tria,s.spẽs visibilis, corp⁹ Chri verum,& corp⁹ Christi mysticũ, s.ecclesia,& ẽm qđ dicit Hug. Primũ ẽ signũ [l] secũdi & tertij. Secundũ est res,& signũ & causa tertij. Tertiũ ẽ res secũdi,& veritas primi,de quo de cel.mis.c.cum Marthæ.§.distinguendum est.

a In genitiuo] Vt si dicat, cum erit. 14. annorũ.
b Cum propositione,in] Scilicet vt in.22.anno.
c Completa] vt si dicat,Triennio possederit.
d Prępõ per] vt dicat, peruenerit ad ætatem.
e Vel cũ futuro] vt si venerit ad ætatem.
f Inchoasse] Vt puta, Qui habet. x.annos, fungatur tali officio.
g Completus] Qui cũ hẽt decẽ annos. & fecerit maleficium.
h L.filiũ.§ i.] & si decesserit ante. 20.annum, & ibi fauore filij ann⁹ inceptus pro cõpleto habetur.
i Eucharistiæ sa. pluribus nõibus appellatũ, catec. đ euch.sa. in pri. vbi ẽt de eius significatione. itẽ qd sit,vide Con. Tri.sess.13.ca.de san.euc sa. ca.1. de rea.præ &c.c. 2.& 3.& 8. P. V.
i Eucharistia] eucharistia secundũ Sco.in 4 di. 8.est sacramentũ corporis Christi, & sanguinis veraciter cõtẽti sub speciebus panis, & vini, post consecrationem factã a sacerdote sub verbis certis cũ debita intẽtione prolatis ex institutione diuina, veraciter significans corpus Christi, & sanguinẽ sub eis realiter contineri.
k Dicitur viaticũ] Adde.26.q.6. si qui in infirmitate.& vide S.Bon 2.2. dubio lite rali primę partis in 4.di.8.dicentẽ ꝙ triplici de causa dicitur viaticũ primo qa itinerãtium cibus,secũdo qa institutus a Christo itinerãte, tertiò qa figura trãsitus Chri.
l Primum est signũ] Pro declaratione scias,quòd species panis, & vini post consecrationem facta a sacerdote sub forma verborũ, & intentione debita, sunt sacramentũ nouæ legis, Quia signũ, & cã rei sacræ est sacramẽtũ nouę legis.Sed prædictæ species sunt signum duplicis rei sacræ ẽ.n. species panis signũ corporis Christi veri,qđ est res sacra,sub ipsa specie verè contẽta est etiam signum corporis Christi mystici,quod similiter est res sacra, scilicet sancta ecclesia, q̃ tñ non est sub ipsa specie realiter ꝯtenta, species ẽt vini est signũ sanguinis Christi q ẽ res sacra & sub ꝑdicta spẽ veraciter contenta &c. & sic patet ꝙ illę spẽs panis,& vini dicũr forma.Caro, & sanguis veritas dicũtur, charitas, & vnitas dicuntur virtus primum ergo est sacramentum, & non res s.signata Nã panis, & vinũ est sacramẽtum geminæ rei,i corporis Christi & vnitatis & ita ẽ signũ tñ sm,i. corpus Christi, est sacra

mentum

1 Quę est materia *debita huius sacri? Res. ꝙ panis triticeus, & vinũ viris, vsus n. huius sacri est refectio, q̃ ad sui integritatẽ cibum & potũ requirit. bSignificatio etiam eius est duplex. Vna passio Christi, in qua sanguis fuit separat⁹ a corpore. Alia est cibatio corporis & animæ, & propterea pp conuenientiam vsus, & significationis duplex materia exigebatur.

2 Vtrum possit confici de pane farris, & speltæ, vel siliginis? Rñ. licèt aliqui dixerint, ꝙ sic, tu tñ tene, ꝙ nõ p̃t confici, nisi in pane triticeo. i. frumenti csecundùm Sco. in 4 di. 11. & communiter theologos.

3 Vtrũ in pasta facta de tritico possit confici? Resp. fm Sco. vbi s̃. quod non. d

4 Vtrũ possit confici i pane corrupto? Res. ꝙ non, qñ tãta ẽ corruptio, ꝙ panis species soluuntur, sicut qñ cõtinuitas soluit & sapor, & color, & alia accidẽtia mutãt secus si esset aliqua dispositio solũ ad corruptionẽ, q̃ declarat aliqua imutatio saporis qa sic potest confici. e

5 Vtrũ i amido possit confici? Resp. Scot. vbi supra ꝙ multo probabilius ẽ ꝙ non iõ peccat, & iudicio meo grauiter, q ex tali materia conficit sciẽter, siue q p̃parat, ille autem, qui conficit ignorantet licèt non conficeret, tñ non est idolatra fm Sco. vbi supra, nec idolatrare facit, qa quantũ in se est materiã esse idoneam & ab alijs adorandã supponit.

6 Vtrũ possit confici in pane fermẽtato? Res. fsecundũ Sco. in 4. di 11. ꝙ sic, & tex. est in c. literas, de cele. mis. & in c. in sacro, de cons. di. 1. sed grauiter peccat Latinus si celebrat in fermẽtato, f & vt dicit Sco. g fortè ẽt Gręcus grauiter peccat pp multa, quæ adducit ibi. sed maximè quia Christus in azimo consecrauit.

7 Vtrum possit confici in pane facto de aqua rosea, vel endiuiæ & hmõi? Res. q̃dam Theologi in 4. dis. 11. tenent ꝙ non potest confici de pane facto ex quocunque alio liquore, sed oportet, sit factus de aqua vera, aliter verè panis non esset. Alij aũt Theologi tenent ꝙ p̃t confici, quia aqua ipsa non requiritur, vt maneat in specie propria imo mutaẽ in materiã aliã, sed ego credo. hꝙ non p̃t, qa Christ⁹ confecit i pane facto ex aqua naturali, & sic serua.

8 Vtrum si grana alterius generis admisceantur cum tritico possit confici? Resp. fm communiter Theologos in 4. di. 11. ꝙ si admixtio sic prędominans, vel ęqualis est virtus in vtroque miscibiliũ, ꝙ non potest cõfici, quia mutatur species, & cognoscitur ex colore p̃cipuẽ, & sapore. Accidẽtia enim magnam partem conferũt ad cognoscẽdũ, quod quid est, primo de anima, secus, si non ẽ æqualis commixtio, quia confici potest.

9 Circa materiã i vini q̃ritur, vtrum possit confici de alio vino, q̃ de vino vitis? Res. fm cõiter doc. in 4. di. 11. ꝙ non, & ratio potissima. quia sic Christus instituit, k Lucæ. 22.

10 Vtrũ possit cõfici i aceto? Rñ. Inn. de officio missę

mentum. i. signũ vnitatis ecclesię. Et est res sacri i. specierum panis, & vini. Et ita est signans, & signatũ. tertiũ est res, & non sacramentum. i. vnitas est res siue signarũ gemini sacramẽti. i. duorum sacramẽtorũ præcedentium. i. corporis Christi, q̃d est sacramẽtum vnitatis, & specierum panis & vini, quę sunt sacramentum corporis Christi. Et ita istud tertium est tantum signatum. Hęc colliguntur ex Ric. in 4 distinct 8. q. 1. & in c. cum Marthæ, in §. distinguendum. gl. de cele. mis.

a Catechi en. ti. c. 1 §. sed in primis. P. V.

b C. bum, & potum requirit] de cõuenientia huius sacramenti, videlicet panis, & vini vide plenius per Ric. 11. dist 4. ar 2 q 1. Et ibidem S. Bonauen par. 2. q. 1. Et ibi Vorilion.

c Frumenti] Ricar. vbi supra. q. 2. Et S. Bonauen. quast 4. & Vorilion. & huius cõgruentia accipitur ex illo ver. Ioã 12. Nisi granum frumenti, vbi Christus frumento se comparat, vbi Aug. dicit, cum sint multa grana lẽgũ, nulli se cõparat nisi illi, vñ mos cœpit ecclesię de hoc solo grano conficere corp⁹ domini. Creditur etiã, ꝙ domi

nus consecrauerit in frumento, & sic habet vsus ecclesię.

d Quod nõ] Sed debet esse de tritici farina, aqoa; & idem alij do. tenent.

e Potest cõfici] Si alia materia possit haberi, deberet accipi, fm Ric in 4. dist. 11.

f In fermẽtato] tempore Leonis papę fuit institutum, quòd in fermentato consecraretur, & hoc ad extinguendã hæresim ebionitarum q dicebãt oportere iudaizare, qua extincta ecclesia redijt ad primam consuetudinem.

g Vt dicit Sco.] Scot. dicit ibi, quòd licèt in pane confecto de pipere de potentia absoluta posset confici, non tamen est debita materia.

h Sed ego credo] Itẽ quia partes principales panis, qui est materia huius sacramenti, sunt aqua naturalis, & farina vnde Scot. vbi supra igitur de farina triticea, & aqua elemẽtari debet panis formari, qa ita supponitur panem illũ fuisse formatũ, quo vsus est Christ⁹.

i Catec. e. ti. c. t. superest. P. V.

k Quia sic Christus instituit] quia secũda pars principalis nutritionis, idest potus principaliter consistit in vino.

princ. ergo illa verba, Cras, &c. Non referuntur ad perficiendum contractum, quãdoquidem iam fit perfectum, nisi aliter partes intenderent. Iaco. Butr. in l, fi. C. si cer. peta. dicit, si vendo & emo, & postea voco tabellionem, di. facias scripturam, quòd tũc illa scriptura fit ad probationem cõtractus, qui ex hoc non dicitur fieri in scriptis, nisi hoc partes agãt, facit, quod dixit Salic. in d. l. contractus, quòd si simpliciter a principio contrahant & postea faciant fieri scripturam, contractus non dicitur celebrat[9] in scriptis, sed ad rei memoriam. Et in ant. Sed nouo iure. C. si cer. petat. dicit, quod si contractus est talis naturæ, ꝙ in scriptis non est necessario celebrandus, credendum est sine scriptis partes cõtrahere voluisse, licèt scriptura sit inde confecta. Hanc eãdem sententiam tenet Angelus, & Baldus ibi in d. l. contractus, qui dicit quòd non intelligitur contractus in scriptis celebratus, nisi partes hoc agãt, & Bald. allegat gloss. ibi, & in l. cessiuni, C. de testi. & in d. l. final. C. si cert. peta. Et videas ad hoc text. in authent. de fi instru. § ad hæc dicimus.

a L. in ratione. § verum est autem, in princip] Vbi ex his, quæ numero, pondere, & mensura constant, nihil extrahitur etiam incidente damno, & hoc quia in genere consistunt ea, quæ pondere, numero, & mensura functione potiuntur. Et sic est periculum hæredis.

b Quando genus] Casus non liberat debitorem generis generalissimi, sed debitorem speciei sic. Item liberat debitorem generis subalterni illo genere perempto, & ibi not. in dicto §. verum, cum sequen.

rum, quando conuenerũt, vt non valeat ante, quàm scriptura sit facta, secus, si simpliciter sit fact[9] contractus, postea faciunt scripturam. Idem dic, quando vẽditio fit in genere, puta asini, quia genus nõ potest perire l. in ratione. a § verũ est autẽ, in prin. ff. ad l. Fal. sed secus esset, quando genus b esset determinatum, puta ad asinos, quos habeo verbi gratia, vẽdo tibi vnũ de seruis meis, vel asinis & huiusmodi, si oẽs pereunt, venditor est liberatus, sicut in legato. d. l. in ratione. §. incertæ. Ho. tamen videtur tenere, ꝙ emptor poterit repetere precium, quasi sine causa sit apud vẽditorem, secus in legato, quia preciũ rei legatę non est legatum, & ideò si perijt res legata, aliud non debetur. sed mihi videtur, ꝙ nec ẽt preciũ poterit emptor repetere in casu isto, nec excipere vt non soluat, nisi vẽditor fuisset in mora, quia precium non est nisi cum causa scilicet emptionis, & idẽ dico, sicut qñ aliquid alternatiuè emitur, puta Titi[9], aut Sei[9], si Titius perijt, peribit vẽditori, & Seius erit in obligatione solũ. si verò ambo. sic venditor liber erit, & peribit Seius emptori, qui sol[9] remanserat. facit l. si in emptione § pen. ff. de contrahen. empt. aut venditio fit purè i. sine conditione, & si ne scriptis, & de re certa, siue in specie, & tũc secundũ gl. i l. 1. § t. i ver. & vsq. ff. de peri. & com. rei ven. dic, ꝙ in vino, & cęteris, q̃ degustationẽ requirunt, ẽt ante degustationem periculum est emptoris. Si verò venditur non in specie, sed ad mensuram, periculum est venditoris, donec sit mensuratũ, c & ibi multas diuersitates poteris videre; sed istud sufficit tibi cõfessori. Similiter si non exigit d degustationẽ, periculũ est emptoris, excepto casu publicationis, quia si publicetur ante traditionem, vel post propter maleficiũ venditoris, periculum erit ipsius venditoris. l. si fund[9] ff. loca. & ibi glos. similiter per pactum, moram, dolũ, vel culpam periculum est venditoris puta quia pactũ fuit, vt teneretur. Item si fuit in mora tradendi rem si verò tam emptor, quàm venditor fuerunt in mora posterior mora præponderat primæ, & illi nocebit, quò ad periculũ. Limita, nisi posterioris moræ e prim[9] morosus fuerit cã, quia sic non nocebit posteriori, casus est iuncta gl. in l. si per emptorẽ, in fine, de actione empti & venditi, quod nota. Idem dic, si venditor fuit in dolo, vel culpa lata, seu leui perditionis rei vẽditę, qđ periculũ erit suũ, si cut in cõmodato, & deposito. & idẽ dic de deterioratione, seu melioratione rei venditæ, qđ pertinet ad emptorem, quando res est vendita in specie f[m] legistas, siue numero secundùm logicos, f quod

c Donec sit mensuratum] Quia tunc idem est, ac si in genere venditum esset, & non solùm periculum peremptionis est emptoris, sed etiam deteriorationis. Et vide d. gloss. in d. l. fundus, quæ latius prosequitur.

d Similiter si exigit] Hoc est quia tunc est emptio perfecta, vt eadem gloss. in dicta l. necessario.

e Posterioris moræ] Exemplum ponitur, vendidisti mihi fundũ ea lege, vt in Kalendis Iunij tibi pecuniam darẽ, pone quòd in dictis Kalendis per te stetit, quo minus possem tibi pecuniã dare, deinde per me stetit, dicitur ibi, ꝙ ista vltima mora nocet, nisi dolo aduersarij iterũ factum esset, nè possem pecuniã exoluere.

f Siue numero secũdũ logicos] Quod. n. dicunt legistæ eandem eẽ specie esse, logici dicunt esse eandem numero quia scilicet non

quod idem est: secus in fructibus rei venditæ, qui ptinent ad vẽditorẽ, donec pfecta sit venditio, nisi vẽditor sit ĩ culpa. l. curabit, C. de actio. empti. nec obstat l. fructus post, & l. pe. C. de actio. empti, & vẽditi, quia loquuntur in perfecta venditione, quam voco perfectam quò ad hoc, qñ precium est solutũ, vel habita fides de precio, vt no. glo. in l. 1. C. de peric. & com. rei vendi. licèt aliàs sit perfecta, qñ res est tradita. ff. de actio. emp. & ven. l. si qs alienam [a] rem.

12 Verũ emptum de aliena pecunia sit ementis? R. φ sic, si noĩe suo emit, l. si ex ea, [b] C. de rei ven. fallit ĩ empto [c] ex pecunia ecclesiæ. 12. q. 3 c. 1. & 2. q. 5. fixum. Quod adeo est verũ, quia si clericus habens pecuniam de præbenda emerit prædium, amplius non poterit illum dare intuitu pietatis, licèt pecuniã potuisset dare, quia statim pdiũ fit ecclesię, siue emerit nomine ecclesiæ, siue suo, siue alieno. [d] ca. 1. de pecu. cle. & c. inquirendũ. Similiter dic in empto d̃ pecunia pupilli, vel minoris a tutore, vel pcuratorẽ, qa minor sibi vendicare pôt [e] l. 2. qñ ex fac. tut. Idem dic de empto ex pecunia militis. [f] C. d̃ rei ven. l. si vt pponis. Similiter dic ĩ empto a marito, vel vxorẽ de pecunia sibi ab altero eorũ donata, si efficiatũ non soluẽdo, qui donũ accepit. l. vxor marito, ff. de do. inter vi. & vx. hæc limita, qñ pecunia nõ fuit alteri mixta, quia si fuisset mixta, trãsiret in dñium eę furis. l. si alieni numi, ff. de solu. & sic non esset ecclesiæ, vel præfatorum.

13 Quõ pôt pater vẽdere filiũ, & quõ liber homo pt vendi, vide ĩ. seruitus, §. 1.

14 Quid si res vendatũ duobus? [g] R. φ potior ẽ scd̃s, si res tradatũ sibi, vel prim⁹, si primò sibi detũ, & idẽ ĩ dona. l. quotiẽs, C. de rei ven. nisi primus emisset [h] noĩe ecclesiæ. spãle est in hoc, vt dñium acquiratur sine traditione, ar. c. ex literis, de

multiplicatur, & legistæ intelligunt rem specificã, siue particularem.

a Si quis alienam] Dicit, si quis alienam rem vendiderit, & medio tempore hæres domino extiterit, cogetur implere, quod promisit. dicit gl implere, idest rem tradere.

b L. si ex ea] Casus est ibi, φ si is, apud quem dépòsita est pecunia, ex eadẽ sibi possessiones compatauit, & sibi traditæ sunt, certè dr̃ ibi, φ dñs pecunię vendicare possessiones non potest. Sicut ergo non possum petere emptum ex mea pecunia nomine non meo, sed pecuniã sic, Ita si quis vẽdit possessionẽ meã nomine suo, precium ab eo petere non possum, sed possum agere rei vend ca o ne contra possessorẽ, si venditioni non cõsentio, Si autem consentio, habẽo actionem negociorũ gestorum contra vendentẽ ad precium. Casus ẽ in l. mater, C. de rei vendi. Imo plus dico, φ si ex pecunia dotali emeretur res siue fundus, ille fundus nõ efficeretur dotalis. l. si ex pecunia, C. de iu. do. gl. i l. si pcuratoris. §. si duos, in ver. planè, ff. de tribu. vide infra restitutio primo §. 8.

c Fallit in empto] Ho. tamen tenebat contrarium, & di. hoc non esse de iure, sed ex magistrorum interpretatione, sed male loquitur. vide Barba. in d. ca. inquirendum. vbi multa allegat contra Host. idem, si prælatus alicuius ecclesiæ permutauerit reditus ecclesiæ cum alijs rebus res acquisitæ per permutationem cedunt ecclesię per tex. d. c. inquirẽdum, in ver. comparauerit, quod verbum comprehendit permutationem secundùm Bar. in l. 1. ff. de contrahen. em. imo si presbyter de reb. vnius ecclesię emat p alia ecclesia, erit prioris ecclesiæ, ad hoc tex. in l. 3. C. de reb. eo. Barb. vbi supra.

d Nomine alieno] Quia platus cõmitteret furtũ, & sacrilegiũ acquirendo consanguineis, vel alijs, vnde si consilõ remitteret pœnã furi, non videretur remittere pęnã tali plato, eo qa ẽ fur. si qualificatũ, s. sacrilegiũ. faciũt no. p Pe. de Anc. in c. cũ ab hoĩe. de iudi.

e Pôt] & idẽ in milite, sicut dicit Sal. in d. l. si vt pponis, C. d̃ rei vẽ. qq̃ & Bar. & Bal. ĩ d. l. si vt pponis, dixerũt rẽ emp. s de pecunia taliũ priuilegiatorum ab extraneo, ipsã rẽ eẽ obligatã obligõne gñali inducta a lege. & ad hoc ẽ tex. not. in l. 3. in pri. ff. d̃ re eo & idẽ dicẽdũ de pdigo, cui bonis ẽ interdictũ, et de furioso d̃ quorũ pecũ. la si emat noĩe alieno, ipsa res empta ẽ eorũ p gl. si. in l. 1. C. d̃ cu. fu vbi pdigus & furio. hñt priuilegiũ minorum ex huc apparet Pa. de Ca. male cõsuluisse cõ. 371. vbi dicit. si tutor de pecunia redacta ex fructib. cõib⁹ noĩe proprio emit, φ p pte nõ acqratur pupillo, & all. Bal. ĩ d. l. si vt pponis, & alios, qa hoc dictũ ẽ cõtra d. c. inqrẽdũ, & ibi Bar.

f Militis] Idẽ, si sint tm̃ armatæ militiæ, licèt nõ viuãt in castris. Ita Barb. in d. c. inquirẽdum vbi ẽt vult, φ idẽ sit in cruce signatis eũtib. p d̃fensione terræ sãctæ. Quia si illa signa, q̃ portant milites, sũt cã priuilegiorũ suorũ, multomagis hoc dẽt pferre vener. signũ cru. facit dictũ Inã. i ru. i ad. d pe. cle.

g Si vẽdatur duob.] vide Bar ĩ l. emptiõe, circa fi. ff. d pa. vbi dicit, si vẽditor cõstituit se pcario noĩe possidere, & post alteri vẽdatũ, & tradatur, φ prim⁹ pfert Pa. de in c. 2. i fi. col. d̃ cõsue. vñ Ale. cõ. 14. in 2. vol. inci. circa primũ du. & si res ẽ vẽdita duob. indubio psumitur pri⁹ tradita illi, q prius nũerauit pciũ, ita pulchre d̃cidit Bal. ĩ c. vni. §. si facta, in ti. si d̃ feu. cõ. sit inter do & agn. & ita dicit, se cõsuluisse, & si qs vẽdiderit, rẽ duob. si scd̃s sciebat de primo, licèt scdus pri⁹ numerauit pciũ, tñ prim⁹ pt ab ipso rem auocare, ita sing. Bal. in rub. C. de reuo. his, quæ in fra. cre.

h Nisi primus emisset] Ratio est, quia dominium in ecclesiam transfertur sine traditione. d. c. ex literis,

consue.& expresse.C.de sacrosan.ec.l.vt inter diuinū publicumque, etiā si secundus emisset,& ipse nomine ecclesiæ, quia præferetur primus, ff d procu.l in cau sę.sed venditor tenetur crimine falsi, vt patet. ff. ad l. Corn.de fal.qui duobus.[a] Si verò permutauit, aut alteri in solutum dederit, vel aliter distraxerit, post quā eam obligauerat, tenetur crimine stellionatus, vt l. 2. post princi.ver.maxime, ff. de cri.stell.

15 Vtrum vendens vinum qui nihil dixit de expeditione vasorū, possit illud euacuare ī terra, si emptor nō euacuat? ℞. ꝙ sic, si vendemia superueniat, vel si venditor ē mercator, q̄ solet vendere,& emere. ff.de peric. & cōmo.rei ven.l. 1.§.pe.[b] secūdùm Gof. vnde tu dic secundùm Host. ꝙ si indiget vasis, & eo ammonito non vult, potest coram testibus vinum mēsurare, & effundere. Quod limito, nisi emptor sit in tali necessitate, ꝙ venditor teneatur ei subuenire ex debito.

16 Verū vēditor teneatur de euictione emptori? ℞. secundū gl. Pa.in c.si venditori, de emp.& vendi. ꝙ sic.[c] nisi in tribus casib. Primus, si in principio litis,[d] vel ad min⁹ post litē contestatā[e] non denūciauit venditori, vt eū defenderet, vt C.de eui, l.emptor fundi,[f] & l autor,& ff.e.l.si rē.§.fi.

1 Sed quid si sciebat litē motā vēditor? ℞. Bar.[g] in l. denūciasse,§. q̄d ergo prima, ff. de adul. videt̃ sentire, quòd etiam teneatur denunciare. Ratio secundùm eū, quia quando denūciatio requirit̃ ad aliquid faciendū, vt in casu isto, tunc non sufficit sibi scientia sola, vt in d.l denunciasse. Secus esset, qn̄ denūciatio requiritur ad simplicē scientiam habēdam, quia valet, vt regula, Eū, qui cert⁹ est, de reg.iur.lib.6. & l. 1.§.fi. ff.de actio.empti, & vē. gl. tamen & Cy.in d.l.emptor & Cy.in dicta regula, eum qui certus, tenent, ꝙ non tenetur denūciare, & multi alij: tñ tuti⁹ est, ꝙ denunciet per l.si cōtrouersia, in ver. autori, hæredive eius denuncia, C. de euictio. & sic denunciatio importat nō simpliciter iudicar̃, sed

de consue. vnde si primò ecclesiæ vendita est res, dato ꝙ secundo tradatur, non debet habere locum d.l.quotiens. Et hanc sententiam tenet Glo. & Bart. in l.fi C.de sacrosan.eccle & glo.in d.l. siue autem. §.si duobus, ff.de publica. & Host. & Ioan.And. in d. cap. continebatur, de his, quæ fi.a præla. Ro. in auth. similiter, C ad l.Fal.in rapetitio. Pa. in d. c.continebatur, tenet, ꝙ speciale hoc ecclesiæ habet locū solū in duob casib. aliàs non, vt ibi per eum.

a L. qui duob.] Bar hanc l intelligit strictè, prout iacet, ꝙ quis vendid. rē duobus diuersis contractibus; secus si donaret rem duobus in diuersis contractibus, vel alios contractus faceret. Nā licèt incidat in crimen stellionatus, vt l 3. ff.de cri. stel. non tamen incidit in crimen falsi; hoc tamen est verū, si non dixit aliquid de donatione, vel de obligatione prima. Secus, si interrogatus dixit se non obligasse alteri prius, & mentitus est, quia incidit in crimen falsi, vt ff. de fal si a debitore. Et id aduerte, si i instrumento est posita illa clausula, ꝙ de dicta re nemini ius dedit, quod præiudicium fieri possit &c. tunc si alteri obligauit prius &c. tenetur pœna falsi. d.l.si a debitore, sed quid si fundum nemini obligatū esse dixit, & si appareret, promisit eum liberare? Mō apparet contrarium, tenetur nè crimine falsi? respondit Bar in l fi a debitore, ꝙ non, si luat ante sententiam: aliàs secus, ar. C. de cri st l. 1. & C. rem alie. ge.l. 2. Adde ēt, ꝙ d.l.qui duob. non vendicat sibi locū in infeudante rē duob. sm Bal. per illū tex. in c.si quis fecerit, quo tpe miles. Et vide ad materiam huius leg Bal. omnino in c.si fortè, si de fau.contro.sue. Et intellige hanc l. qn̄ primus emptor cessabat in solō-ne pcipij; aliàs secus sm Odo. qui ita no. in l. venditor hereditatis, de hær. vel act. ven & refert Bal. in l. quotiēs, C.de rei ven. Pro hoc facit l. q̄diu, de distr.pig. Item non habet locum in pignorante rem duob. sm Bal. in l.siquis, ff. de pig.act. Et verum petens iterum debitum solutū puniatur pœna falsi, vide Bal. in l.1. C. de condi. ind.& limita, vt p Ang.& Imo.in l.a diuo, ff.de re iudi. & in §. sed si emptor.

b § pen.] Est tex. ibi :ex. ad lrām. Et subdit, quod eo casu, quo venditor effundere poterat, si nō affudit, laudādus est, poterit tñ petere preciū vasorum, si tñ ei⁹ interfuit, puta q alia vasa accepit ad affirum.

c Quod sic] Et rō est, quia tenetur venditor rē tradere cum effectu l. ex empto, ff.de acti.empt.

d Litis] & hoc habet locū in ecclesia per c.fi. de empti. & vendi.

e Post litē contestatam] Ista denunciatio habet fieri eo tempore quo ius venditori saluum sit, sic ut esse possit, videlicet quod vēditor possit defensiones suas facere.d. l. si rem. § fina. vbi glo.& Bar. ff. de euic.& & ista fuit opin. Host. in c.fin. de empt. & ven. Et etiam in causa appellationis posset fieri dicta denūciatio, dummō saluū sit ius ipsi vēditori.gl. ē singu. in l.si rē q̄.§.fi.ff. de euic. quam cōmendant Imo. & Bub.in d.c.fi. Non ob.l.qui concubinū. §. si hæres, ff. de leg. 3. quæ vult denunciationē fieri ante, q̄ iudiciū accipiat, quia exponitur per Bar. ibi ante litem, vel intelligitur illa l. in re euincenda habita titulo lucratiuo: secus, si titulo oneroso, vt in casu nostro, secundùm gl.in d.§.fi. & Bar. vbi supra.

f Fundi] illa tex. continet id, quod prædictum.c.fi. ꝙ c. videtur habuisse radicem ab illa. l.

g Bar.] Bar. legit. d.l. denunciasse, sub l.praced. quæ incipit

per officialem a facere ei notam litem motam, vt veniat ad defendendum. b

18 Secundus casus; quãdo emptor citatus contumaciter absuit tempore sententiæ, quia videtur condẽnatus propter suam contumaciam c d.l. emptor, & ff. de eui. l. si ideo. 2. respons. Idẽ si vẽditore absente non appellauit a sentẽtia. l. Herennius, ff. de eui.

19 Tertius, quando p iniuriam d sententia lata fuit contra emptorem. d.l. emptor, quia iniuria, quę fit emptori non contingit venditorem. l. si per imprudentiam in prin ff. de euic. Idẽ dic, si per violentiam extra iudicialiter auferatur, d.l. si per imprudentiã. in prin. & C. de actio. empti. l. fin. etiam si notarius posuit, q obligat se defendere de iure & de facto, e quia illud, de facto, intelligitur, si lis moueatur de facto, non de iure, sm Pa. vbi supra: quia violẽtia extraiudicialis non venit secũdùm naturã contract9, de quo dic vt no. per Bar. in l stipulatio ista, ff. de verb. obli.

20 Addo quartũm casum, quando emptor compromisit, f & contrariam sentẽtiam reportauit. l. si dictũ. §. si compromisero, ff de eui. intellige hoc verum, si voluntariè compromisit, quia secus, si coactus g scilicet, vel a statuto, quòd sic

incipit, qui vxori. Et hęc opi. Barto. est communis, & eam tenet ipsemet Bar. in l. non solùm. §. morte, ff de oper. no. nun. Ioan. And. post Specu. titu. de emption. & vendi, in fin. Ioan. de Ana. consil. 31. & 38. Sequuntur Canonistæ d. Anto. Petr. de Ancha. Card. & Abb. in d. c. fin. & hoc tenuit Fel. in ca. cum M. de consti. & Alexandr. in l. 2. ff. solu. matrim. & Lud. Ro. in d. §. morte. & pro ista opinione est tex. in d. c. fin. de emp. & vẽdi. & in d. l. si rẽ. §. si Et ad hoc allegauit Ioan. An. vbi tex. in l. 1. C. de peric. & commo. rei ven. & l qui absentem, ff. de procurat. Multos casus enumerant Barba. & d. Ant. de Burgos, in quibus nõ requiritur intimatio, vide ibi

17 Quid si omittatur? Res. ꝙ nihilominus conficit, de cons. di. 2. scriptura, sed peccat mortaliter, qui scienter eam non apponit, ar. c. literas, de celeb. mis. qui verò omittit ex negligentia ex hoc ꝙ habuit diligẽtiam semiplenã, peccat venialiter, sed grauiter, quia quantum istud sacramentum præcellit alia sacramenta & opera, tantũ in eo magis, quàm in aliis negocijs præpõderat negligentia secundũ S. Bo. 4. di. 11. si aũt omisit ex negligentia, eo quod nullã diligentiã adhibuit, mortaliter peccauit secũdũ Ale.

18 Quę aqua debet apponi? Res. ꝙ sola aqua naturalis. [g] c. in quadam, de celebrat. missarum.

19 In quãta quãtitate? Rx. quòd licèt aliq canonistæ aliter dicãt, tu dic ꝙ modica aqua dẽt apponi, maximè si vinũ est debile, vt sic conuertatur in vinum secundũ pbabiliorem

a Sicut viuum & mortuũ] Vñ mortuus nõ est in specie hominis. Itẽ quia acetum est frigidum, vinum vero calidum.

b Si vero sit in via] Hæc secũdũ Ri. vbi supra, & quia agrestũ est frigidũ, & vinum calidum ſm eũ.

c Digestione.] Non tamẽ debet fieri de multũ recenti pp impuritatem, vini nisi necessitate.

d Catech. eo. tit. cap. 1. & superest. Pet. Vend.

e Et quare hoc] Apponitur autẽ aqua ad declarandũ, ꝙ populus adunatur Christo, aquæ multę populi multi, Apo. 17.

f Inchoantur] Quia si non apponeretur, tunc nõ significaret institutionẽ ecclesiæ.

g Aqua naturali] & nõ roseacea, & huiusmodi.

bilio: em

a Catech. eo. tit. c. 2. P. V.
b Proferantur] Idem Ric. dist. 8. quarti. art. 3. q. 1. & sanctus Bona. ibidē 2. par. q. 1.
c Partim ad intellectū] sic intelligitur, s. q demōstrat aliquid, qd est obiectū intellectus, & aliquid quod est obiectū sensus, & declara vt per Ri. vbi supra in solutione ad quintum.
d Licèt cōsequēter] Sed ponatur, q aliquis intenderet consecrare solùm, vt posset corp⁹ Christi in aliquo loco collocatū honorare & venerari, & nō vt sumeretur in vsum, nunquid consecraret? Res. s. Ale. vbi supra sine præiudicio, quod sic, Quia intendēs circa venerationē corporis Christi spūaliter sumit, licèt nō sacramentaliter.

biliorem opinionē, quod esse non posset, nisi esset modica appositio, aliter, si apponeretur in tanta quantitate, q soluerentur species vini, non conficeretur, vt dictum est supra. S. 14.

20 Quid fiendum in illis partib. vbi vinū haberi non pōt? Res. q papa potest dispēsare, vt sine sanguine corp⁹ Christi conficerent, nē propter defectū sacramenti incurrerent maximū damnū, cum corpus non sit sine sanguine in hostia, & ideò papam adeant.

21 Circa formā a huius sacramenti quæritur, quæ sit forma, transubstantiationis panis? Res. q est ista. Hoc ē enim corpus meum, facit. c. cum Marthę. S. credimus de cel. missarum.

22 Vtrū hæc cōiūctio, enī, sit de substantia formæ? ℞. q non, sed pon ī ibi ad denotandum ordinem consecrationis ad vsum materiæ consecratæ, qui tamen non est de necessitate sacri, vnde nec coniūctio similiter. scienter tñ omitti non dēt, vbi vsus ecclesiæ illi⁹ antiquus hēt. Secundū verò Scot. in 4. di. 8. q. 2. ly. n. ibi ponitur ad coniungendū, nē s. verba formæ sine pcedentib. proferanī. b Ideò credo mortaliter peccarēt, q scienter omitterent tā in cōsecratione panis, q̄ vini, qa ita hēt vsus gn̄alis ecclesię Roma. Sco. dicit forte.

23 Quid demonstrat ly hoc, pnomen demōstratiuū? Resp. mihi placet opinio Ri. de sancto Victore li. de trini. q ibi sit demonstratio mixta. s. partim ad sensum & partim ad intellectū c sub hoc sensu, illud, i quod hoc transubstantiabitur, est corpus meum, qa sicut ista ppositio esset vera, & magis ppria, si demonstrādo cibū diceret, hoc est corp⁹ meū, s. illud, in quod iste cib. est trāsmutandus est corp⁹ meum, qn̄ virtute eius in prolationis termino ille cibus fieret corpus meū. Sic in proposito, quia ibi virtute verbor ū in complemento & termino ipsi⁹ orōnis panis fit verū corpus Christi, alij tā aliter dicūt, vide in 4. sententiarum, dist. 8.

24 Vtrum pbyter dicens solummō præfata verba super pane consecret? ℞. secundū Sco. in 4. di. 8. q non, ratio, quia dicēdo, Hoc est corpus meū, non refertur ad corpus Christi, & ideo licèt non sint alia verba de substātia formæ, q̄ prędicta, tamē de necessitate requirit vt exprimāt aliqua verba, ex quib pfata forma solummō determinet ad corp⁹ Christi, sicut fit, cū dr̄, fiat dilectissimi dñi nostri Iesu Christi, qui pridie &c. aliter nihil fieret, & hoc tene, q̄uis quidam teneant contrarium, & malè.

25 Vtrū sacerdos possit quantācunq; materiā panis virtute pfatorū verborū trāsubstantiare in corp⁹ Christi? ℞. secundū Ale. in 4. tractatu de eucharistia, q non, sed solummō illā quantitatē, q̄ rōnabiliter pōt sumi a fidelib. quia sicut intentio dñi dantis formā conficiendi fuit, vt sumereī (quod patet, cum dicit, accipite, & comedite) sic est intentio ecclesiæ, & debet esse cuiuslibet sacerdotis conficiendi, vt sumaī in vsū sacramenti implicitè vel explicitè, & ideo, si intenderet consecrare totum panē, qui ē in foro, quia non conformaret intētionem suā intentioni ecclesię, sic non conficeret, non ex defectu virtutis verborū, q̄ vna vice posset conficere tot hostias, q sufficerent toti mundo, si esset necessitas ecclesiæ, sed pp defectum intentionis illius, qui hoc sacramentum instituit, quæ non intendit vt ludibrio, vel stultitia fiat consecratio, sed pro vtilitate ecclesiæ generalis, vel particularis, & sic patet, q multominus consecrat, qui conficit ad irrisionē veneficia, & huiusmodi, & licèt Th. in 4. di. 11. teneat, q imō conficit, non cures, sed tene quod supra dixi vt tenet S. Bo. in 4. di 10. 2. par. q. 4. & pe. ea. di. & multi alij, q̄uis et opi. Th. possit sustineri (secundùm q ēt Ri. ea. di. 10. ar. 7. q. 1. ad secundum sustinet) si intelligatur, q conficiens intendat primò conficere, licet consequenter d ad veneficia, sed prima magis videtur rationabilis, & ideo tene eam.

26 Vtrum sacerdos virtute verborum pfatorum possit vnā partē ipsi⁹ hostiæ, ɔsecrare sine alia hostia continua remanēte? Res. sm Ri. i 4. di. 10. q sic, si intēderet determinatē

a Cũ beato Bo-na.]Ric. ẽt ibidẽ ar.3.q.2.dicit nõ esse recedendũ a forma,qua eccle sia vtitur,tũ propter ↄsuetudinẽ, tũ quia a S.Petro creditur tradita. Cuius autoritatẽ sequi tutissimum est.

b Conc.Tri.ses. 13.cap.1.& 4.de trã.pres.&c.Cat. c.ti.c.sed iam ad ca.c. hæc igitur, c.iã verò ca q̃dã enim,& c. sed illud adde canon. 2 sess.13.da sacr. eu.sa. P. V.

c Non est côuer sio]refert Voril. ibi ĩ cõcIusione secunda. & hec eadem habentur ab Inn.de officio missæ parte tertia,c.16. & in ca. panis, & in c.reuerã,& cap.quia corpus, de con-se.di.2.

natẽ ad alterã partẽ, puta, dextera, vel a tali signo citra,q̃ verba nõ operantur nisi super illã materiam,ad quam præcisẽ fertur intentio consecrãtis,secus esset, si intentio consecrãtis non esset determinata magis ad vnã partẽ,q̃ ad aliã, sed in vago, q̃a tunc si non intenderet nisi medietatẽ consecrare solũ, nulla pars esset consecrata q̃a reales operationes non sunt circa singularia vaga, sed circa determinata, & iõ oportet,ꝙ intentio,ad quã seq̃tur realis determinatio aliqđ đtermi natũ,& determinatẽ respiciat,& ex p̃dictis soluit̃ alia qõ de sacerdote, qui habet 20.hostias,& ex illis nõ intẽdit consecrare nisi 18.ꝙ nullã cõsecrat,nisi intentio sua se determinet determi natẽ ad quas vult.18.Sec°, si crẽdẽs, ꝙ sint solũ 20. & sunt 22.tñ intẽdit consecrare,ↄequid ẽ añ ipsũ,sic oẽs sunt cõsecratę. Itẽ patet,ꝙ hostię in altari ex obliuione reseruatæ,& gutta vini in pede calicis,& huiusmodi non consecrantur, quoniam ad eas non refertur intentio conficientis.

27 Quid si sacerdos acceptis plurib. hostijs consecrandis q̃n venit ad actũ cõsecrationis,non aduertit,nisi ad eam, quam hẽt in manu?Res.ẽm Fran.de Mai.in 4.dist.12. quidam dicunt,ꝙ non sunt aliæ consecratæ,sed tu dic cum Sco.ꝙ omnes sunt consecratæ, quia non requiritur de necessitate intentio actualis,sed virtualis, quę fuit, q̃n p̃statas hostias accepit, vt eas ↄsecraret.

28 Circa formã vini cõsecrãdi q̃ritur,quæ sit?R̷.ꝙ hęc,s.Hic ẽ.n.calix sanguinis mei noui & æterni testamẽti,q̃ p̃ vobis, & pro multis effundet̃ in remissionẽ peccatorũ, hæc quotiescũq; feceritis,in mei memoriã facietis,vt in d.S ex eo,in c.cũ Marthæ,de cele.mis.no.vñ S.Bo.in 4.di.8. part.2.ar.1. q.2 & multi doc.ibi.tenẽt,ꝙ solũ de substã tia formę p̃dictę sunt ista verba,hic ẽ calix sanguinis mei,alia verò sequẽtia nõ sũt de substantia,sed p̃tinẽt ad ornatũ,& ostẽdendũ vsum,vel dignitatẽ ibi, Accipite,& bibite &c.aut effectũ, vt ibi, Noui & ęterni &c.Alij tenẽt,vt S.Th.in 3.par.q.78.ꝙ oĩa sũt de substãtia formæ vsque,hęc quotiescũque,&c.sed Sco.ea.di.8.q.2.i ver.R̷.gl. breuiter dicit,ꝙ cũ non sit nobis traditum p̃ certo,an ad formã substantialẽ p̃tineant aliqua verba post ly,sanguinis mei, iõ periculosũ est asserere, ꝙ præcisẽ sit ĩ illis verbis,ex quo sufficiẽs autoritas non habet,& ideò omnia dic vsque,ad Hæc quotiescunque &c. ac si essent de substantia formæ,licẽt cõiter doc. concordent cũ beato Bo.[a]

29 Nota, ꝙ quæ dixi supra in consecratione panis dẽnt simil̃r dici đ vini ↄsecratiõe.

30 Similiter đ p̃latiõe verborũ aut corrupta,aut diminuta,aut addita dic vt s̃.dictũ ẽ đ baptismo,Baptism°.1.S.25.cũ duob.se.

31 Circa [b] conuersionẽ.q̃ fit in hoc sacro per virtutem verborũ prẹfatorũ,est firmiter tenendum.ꝙ substantia panis secundũ totam suam materiam, & formam existẽs actu trãsubstantiatur in totum corp° Christi actu existens,ita,ꝙ materia in materiã, & forma in formam, s. corporeã transubstantiatur solis accidentib.remanentib.ẽm S.Bo.parte 1.q.2.& Ri.ar.1.no.24.& Pe.in 4.di.11 & S.Th in 3.q.75.Sed secũdũ Sco. in 4.di.11.q 3.ibi nõ est conuersio [c] substã tię in substantiã quantũ ad esse substantiale simpliciter,sed quãtũ ad esse hic,q̃a corpori Christi non acquirit simpliciter esse, sed esse hic,s.sub specie panis,vñ acq̃rit nouã p̃sentiã non amittẽdo antiquã, panis verò definit esse ibi non acquirẽdo aliquã p̃sentiã alibi,vnde licẽt illa desitio panis secundũ se considerata sit annihilatio, ipsa tñ conuersio nullo mõ est annihilatio,quia eius terminus non est nihil, sed noua p̃sentia corporis Christi sub specie panis, hæc Sco.& idẽ dico de substantia vini ꝙ trãsubstantiatur in sanguinẽ Christi, ita.ꝙ panis in corpus,& vinũ in sanguinẽ purũ virtute verborum transubstantiantur non in aliq̃d aliud, sed quia corpus non est fine sanguine,& cæteris humorib.suis,nec sanguis sine corpore,& venis,& neruis suis,ideo in hostia est corpus Christi p̃ transubstantiationem,& sanguis ei° per permixtionem,

permixtus.n.& diffusus est in corpore.& ideo vbicunque ẽ corp᷒ Christi, ibi est sanguis eius. Aĩa verò est ibi ratione coniũctionis cum corpore cui inseparabiliter est coniuncta. Quãtitas aũt & alia accidentia sunt ibi ratiõe inseparationis a corpore. Diuinitas verò rõne vnionis diuinæ cũ humana natura. Similiter ᵃin calice vinũ transubstãtiatur in sãguinẽ solũ virtute transubstantiationis, sed qa sãguis nõ ẽ ibi effusus, sed in venis, ideo est ibi ẽt corpus Christi per concomitantiã & cætera.vt dictũ ẽ in corpore & ad hoc facit c.fi. mi. ter.S.vnã de sum. tri.& fi. ca. & c in quadã.de ce.mi. & hæc oĩa fiunt in instanti completa oratione verborũ dei virtute assistente virtuti formæ pfatæ.est ẽt totũ corpus Christi ita in tota hostia, qđ est ẽt in qualibet eius parte, ĩ qua saluaẽ ratio totius: cum n fit totũ homogeneum,non est maior ratio ꝙ vna pars puertatur in vnã partem,quam ĩ aliã: ita tenetur cõiter.est etiam ᵇ corpus Christi sub hostia quãtũ, sed non mõ quãtitatiuo, qa licẽt fit ibi corp᷒ quãtũ,non tñ comparaẽ ad spẽs vt quantum, ficut quis fit ibi clarũ ᶜ nõ vtitur claritate sua illuminãdo mediũ,ita quanuis fit quantus,non vtitur quantitate sua occupando locũ, sicut de᷒ põt facere,vt hoc sit ignis non exercendo cõbustionis actũ.ᵈ est ẽt corpus ᵉChristi sub hoc sacro. seu sub specie non localiter propriẽ loquendo,quia esse localiter ppriẽ est.esse dimensiuẽ siue cõmensuratiuẽ est tñ corpus Christi ĩ loco spẽi.ᶠ & ex hoc seqẽ, ꝙ corpus Christi est in plurib. locis simul ſm esse sacrãle.qa verẽ & real ter cõtineẽ sub diuersis specieb. q̃ sunt in diuersis altaribus est ẽt in hoc sacrõ corpus Christi imobile localiter & p se loquẽdo,licẽt sit mobile p accidẽs,s.ad motũ hostiæ,sicut aĩa moueẽ ad motũ corporis,vnde per accidens mouet ad motum hostię,& quiescit ad quietem aliæ hostiæ. Itẽ moueẽ sursũ & deorsum simul & semel ad motũ diuersarũ hostiarũ,hæc ex Ri.in 4.di.10. ar.1.q.1.& 2.& ar.2. q.1.

32 Sed nunquid vertiẽ corpus Christi versa hostia,ᵍ sicut mota moueẽ. ℞.Ri.vbi s.ꝙ nõ qa licẽt partes ordinem habeãt in ipso corpore absolutẽ,non tñ p cõparationem ad speciem.vñ non potest dici ꝙ pedes habeat in vna parte hostię,caput ĩ alia & sic đ cæteris mẽbris.q̃ oẽs partes sunt simul sub qualibet parte hostiæ.

33 Verũ fracta hostia vel passa.aliqđ corpus Christi patiatur, ʰ sicut mota moueẽ? Resp.ꝙ non quia mutatio & passio innouaret ... illo aliquid absolutum,sed motus localis nihil secundũm Pet.di.10.

34 Est ẽt corpus Christi penitus inuisibile. oculo corporali ſm Ri.di.x ar.5.q.1.& Scotus ea di.q.7.& 8.di.10.quia non potest videri nec per naturam,nec per gloriam. nec per miraculum oculo corporali, sicut nec existentia substantiæ spiritualis in loco,ad cuius instar corpus Christi est sub sacro, inquãtũ est ibi præsens, & per se rõne substantię & quantitas non est ibi,nisi per concomitantia,vñ ſm Ri.vbi s̃ si aliqñ apparet ibi spẽs paruuli,vel frustum carnis non est corpus Christi. Maio es. n.sunt dimensiones corporis Christi, q̃ illæ,quæ ibi apparẽt,& si ibi verẽ appareẽ corpus Christi nõ apparẽt

ᵃ Catec.eo.ti.c. qđã enim. P. V.
ᵇ Catec. eod c. qđã enim. P. V.
ᶜ Sicut quãuis fit ibi clarum] s. corp᷒ Christi hẽt suam claritatẽ.
ᵈ Combustionis actũ] vt patuit in tribus pueris, sed melius ꝙ fit ignis sine aliquo combustibili.
ᵉ Catec.eo.ti.& c.eod. P. V.
ᶠ In loco speciei] Non per se, sed per accidẽs, inquantũ continetur sub specie quæ per se est in loco,sicut anima per accidens est in loco corporis, vel loco,inquãtum est in corpore,quod per se est in loco.
ᵍ Ri.vbi supra] Scilicet dist 10. quarti ar.4.q 1. ad tertiũ. Ad declarationem tamen sciendũ, ꝙ corp᷒ Christi vt cõtentũ sub specie sacramentali p se moueri ... vel ... ,nõ mõ de ... ,qui nõ habet comparationem ad extra,si cut mot᷒ vitalis, & ... ,& tali motu pot Christus moueri ẽt vt est sub specie sacramentali. Alio modo de motu,qui nõ conuenit mobili nisi per comparationem ad locum, cuiusmodi ẽ mot᷒ localis, & motu per se moueri non potest,vt est sub specie sacramẽtali, Quia quamuis corpus Christi,non substante ꝙ sit contentũ sub specie panis,sit in ce... vt in loco, tamẽ inquantũ sub illa est,vel eo mõ quo sub illa est, nec ibi,nec alibi ẽ per se, vt in loco,nec per se habet aliquã habitudinẽ ad locũ. Quia tamẽ est in loco per accidẽs quia species, in qua realiter continetur, in loco est,per se,non p motũ hostiæ, localiter fit moueri. & sic verẽ corpus Christi eleuatur, cũ hostia eleuatur, & defertur ad infirmũ cũ hostia p facere dotẽ defertur ad eundẽ. Dato ergo, ꝙ hostia mota p accidẽs,corpus Christi moueatur, tñ ipsa versa ñ vertitur.
ʰ Corpus Christi patiatur] Dẽt exemplũ de speculo fracto,& vide S.B. dist.12. quarti art.3 q.1.

apparet vt ſub ſacramento vnde dicit Ric.ibid. ꝙ illa apparentia paruuli,quę ali qñ ibi viſa eſt,vel diſcribiť in imaginatione,vel in ſen ſu cōi videntis, vel ēt ſi eſt realiter a extra,non credo, ꝙ illæ dimenſiones fundēť in dimenſionib. ſpeciei pa nis,licèt tunc appareāt, vñ ſpecies ſacr̃i,ſub qua conti netur corpus Chriſti,latet ſub illa figura , q̃ apparet , nulla imutatione facta circa ipſam,& cōfunditur tm̃ ipſa ſpecies quibuſdā acci dentib.carnis,vel b pueri,q̃ nō ſūt ,ppriè accidētia cor poris Chri, vel lineamēta.

35 Eſt tñ corpus Chriſti vi ſibile ſub ſacramēto ſm̃ Sc. vbi ſupra ꝑ naturā oī intel lectui non alligato ſenſib' in intelligēdo, ſiue angeli , ſiue animæ ſeparatæ. Ri.tñ vbi ſupra tenet, ꝙ non per naturam, ſed tantū per glo riam, non ſolùm in verbo, ſed etiā in proprio genere..

36 Eſt etiam corpus Chri ſti ſub hoc ſacramento in tāgibile immediatè ab alio ſicut nec ſubſtantia ſpūalis tangitur a loco,vnde quantumeumque ali quis ſpeciē penetraret,Chriſti corpus tangere non poſſet,ſm̃ Ri.vbi ſupra,ar.4.q.1.

37 Sunt añt in c hoc ſacr̃o accidentia ſine ſubiecto primo.ſ.ſine ſubſtantia virtute di uina.Itē ſicut ſpēs ſacramentales retinent eſſe, quod habebant prius ex virtute diuina,ſic & agere.Vnde pñt exteriora corpora,& ſenſus immutare, d nō poſſunt tamē alia in ſacramentū conuertere , quod non fit ſine verbo, vnde aqua modica poſita in ſacr̃o calicis,licèt ſecundū aliquos conuer tatur in vinum, & hoc virtute ſpecierū il larū,non tamen in vinū, quod ſit vinū ſm̃ ſpeciē,ſed eſt vinū ſm̃ materiā tm̃,ſicut caro ſm̃ ſpeciem conuertitur in carnē ſecun dū materiā.Vel dic ꝙ ibi forma ſubſtantialis aquæ non ſoluiť,ſed alterať ꝗa mutatur color,ſapor,& odor,& ſenſus ꝑcipit ,ppriètate vini,& iō quantum ad ſenſum conuertiť in vinū,nunquā tñ in ſacramentum.hęc ex ſancto Bo.in 4.di.12.ar.2. per totum.

38 Quid cum accidentia,ſub quib.eſt corpus Chriſti in ſacramento,corrumpuntur? Reſ. ꝙ accidentia illa aliquando immutantur ex parte quantitatis, ſicut cum diuidiť panis,vel vinū in multas partes,& tunc ſi ī ipſis partibus non pōt ſaluari natura panis vel vini, deſinit corpus Chriſti ſub ipſis eſſe . Similiter dic de immutatione ex parte qualitatis,vt cū ita imutātur color, ſapor, & odor,& aliæ qualitates panis & vini,ꝗa nullo modo pōt compati natura panis , & vini,ꝙ non manet corp' Chriſti ſub ſacr̃o: ſecus,ſi corruptio accidētiū.vel qualitatis aut quātitatis non ſufficit ad corruptionē panis,& vini,ꝗa ſic non deſinit eſſe ibi corpus Chriſti,vel ſanguis ſub ſacr̃o. e Aduerte tñ circa corruptionē, q̃ eſt reſpectu admixtionis alterius liquoris , ꝗa ſi eſt vinū, & additur in maiori quātitate,vel ęquali, ſic ſoluiť totaliter, & tollit continuitatem ſpeciei,cū ad oēs eius dimēſiones ꝑueniat & ſic incipit quò ad actū eſſe aliud nouū vinū,& sāguis ibi deſinit eſſe ſanguis Chriſti.Credo tñ, ꝙ ſi additū nō ſit notabiliter excedens,ꝑꝑ dubiū ſit tutius vti toto illo liquore tanquā ſacramento.Si verò additū ſit minoris quantitatis, ſic non deſinit eſſe ibi ſanguis Chriſti, niſi ſub illis partibus , ad quas peruenit vinum additum, quæ cū diſcerni non poſſint, ſimiliter toto illo liquore debemus vti tanquam ſacramento , & idem dic de alio liquore addito.

39 Verū deſinēte eſſe euchariſtia ſub illis, accidentib redeat ſubſtātia compoſita? Rꝫ. ſecundùm Sco in 4.di.12. poſt reprobationem multorum modorum dictorum , ꝙ ſic redit ſubſtantia compoſita,cui talia accidentia conueniunt,quam etiam afficiūt, & hoc in inſtāti corruptionis, & immediatè a deo. Prima pars huius ſententiæ probatur, quia deus ſtatuit illas ſpecies manere ſine ſubiecto tātùm in euchariſtia, ergo ſtatuit ꝙ non ſtante euchariſtia nō ſint accidentia ſine ſubiecto, & per conſequēs in inſtanti illius corruptionis ſit aliqua ſubſtātia.Secūda pars ,pbatur, ꝗa ſi rediꝭ aliqua ſubſtantia,non eſt alia,q̃ illa,q̃ pt illis accidentibus

a Vel ēt ſi eſt realiter.] Nec dēt ſumi ab illo , cui apparet, ꝗa non apparet ſub ſpecie cōuenienti humanæ refectioni.

b Carnis vel] vnde quāuis ibi expresſiori ſigno videatur,non tñ videtur in ſpecie propria.

c Catec.e.ti.c.ſed illud §.tertiū reſtat.con.Tri.ſeſſ. 13.ca. 3.e.ti.P.V.

d Immutare] ſ. in ſe conuertere, vt aqua , ſi vino admiſceatur, efficitur vinū,nō tñ ſacramentū,quia ſanguis ibi contentus nullo humori miſcetur, ꝑ eo ꝙ nō eſt ibi diffuſus , ſed eſt ſanguis ibi glorificatus intra venas cōtentus, & iō a nullo liquore attingitur, & iō nihil per commixtionē,vel cōtactū poteſt in ipſum conuerti.

e Vel sāguis ſub ſacramento] De his vide Vorl.di ſtin.12. quarti.

dentib' offici, quia alia substantia non esset eorum capax. Tertia pars, s. ꝙ non redit nisi immediatè a deo, patet, qa nullû aliud agens hoc agere posset, hæc Sco.

40 Vtrû species sacramentales possint nutrire? Resp. vt patet ex supradictis sicut põt conuerti [a] in cineres, vel in vermes, & hmõi, sic per eandẽ rõnẽ possunt conuerti in corpus humanû.

EVCHARISTIA secûdò circa [b] ministrû quæriẽ quis potest conficere istud sacramentû? Res. ꝙ solus p̄sbyter [c] potest consecrare corpus, & sanguinem domini nostri Iesu Christi. 25.di.perlectis, ver.ad presbyterum, & de sum.trin.& fide cat.firmiter.S.vna.hec sequunẽ Theo. [d] in 4.di.13.

1 Quid si quis credat se p̄sbyterû esse, cû non sit, & celebret? Res.gl.in c.apostolicã, de presby. non bapt ꝙ non conficit in veritate.sed tu dic, vt supra, Baptismus, 7.S.vltimo.

2 Vtrum quilibet p̄sbyter possit hoc sacramentû conficere? Res.ẽm Ri in c.4.di. 13. ꝙ de iure nõ potest nec irregularis, nec interdict', aut suspensus ab executione eorû, quæ sunt ordinis, nec simoniacus, schismaticus, excõicatus, aut degradatus, siue depositus, vel qlibet public' & notori' peccator, sed de facto si supra debitã materiã ꝓferat verba cû intẽtione debita; verè conficit, q̃tûcunque sit nefari', qa character, sup quẽ fundaẽ potestas conficiẽdi, est indelebilis, licèt mortaliter peccat conficiendo.

3 Vtrum plures presbyteri possint eandẽ hostiã consecrare? Res.licèt diuersa sit opi. [e] ĩ 4.di.13.ergo teneo ꝙ non, quia qui prius ꝓtulit verba, ille consecrauit, alij nihil faciunt. & iõ credo in ordinatione p̄sbyterorum sit melius non dicere, q̃ dicere verba cõsecrationis, nisi dubitaretur de ep̃o ꝙ nollet consecrare.

4 Vtrû corporẽ viciatus p̄sbyter possit conficere? ℞. vt supra, corpore viciatus, per totum.

5 Quid d̃ p̄sbytero, q post quã indutus ẽ, recolit se de aliquo mortali? ℞. ꝙ si tenetur celebrare, & hẽt copiã idonei confessoris teneẽ ꝯfiteri, si verò non hẽt conteraẽ cû ꝓposito ꝯfitendi, & sufficit, nec peccat, si cum verecundia accedit, si verò non tenetur celebrare, tûc nõ dẽt celebrare, nisi prius conteraẽ, & ꝯfiteaẽ, qa ad hoc tenetur ẽm S. Bo.in 4. di.15.in q.circa literam, & gl.in c.de homine, de cele. mi.& alia gl. [f] in c.nihil.7. q.1.ar.de sent.exc. de cętero & 26 q. 6. qui recedût, & hoc idem tenet d.Ant.in d.c.de homine. Sed alij tenent contrarium, quia sufficit confiteatur semel in anno.& Pa.in d.c. de homine dicit esse veri', licèt primû tutius.sed tu dic ẽm cõem opi.Theologorum, qđ primum verius. [g] Tamen Ri.ĩ 4. dist.9. distinguit, quòd si non imminet scandalû ve personę, aut populi, aut nõ incepit missã, si ẽ sacerdos sumens corpus Christi, q̃tûcunque contritus, sed nõ cõfessus dummodo habeat copiã idonei ꝯfessoris, tempus, & loquelã ad ꝯfitendû

a Sicut põt conuerti] probatur ẽm hoc ad sensû secundû, S.Bo.qa manifestû est, ꝙ ꝑcipiẽti per sumptionẽ vini, siue illius speciei sitis extinguitur. Idem Ri.dist.12. ar.1.q.2.

b Conc. Tri.ses. 22.c.8.catec.eo. ti.ca. quod verò ad. P. V.

c Solus presbyter] Quia solis apostolis dominus dixit, Hoc facite in meã commemorationem, Luc.22 & 1.cor. 11.& ex hoc dixit gl.no. ꝙ etiã non posset cõmittere papa non sacerdoti, vt conficiat corpus Christi.in c.peruenit. 95.di non.n. põt papa aliquid attentare cõtra dispõnẽ diuinam. c.sunt quidã. 25. q.1.& not.quod dicit tex.ritè, qđ exponendum est i.secundû solennitatem ecclesię, quia verbû, ritè, denotat solennitatẽ, & rectè, cãm denotat, vt not. gl in l.2.ff. de in os.tes. Non.n.sufficit dicere, sis p̄sbyter, nisi sic ordinatus secundû formã ecclesiæ.

d Sequût Theo.] Maximè Ric. ibi ar.1.q.1. qui ait, Nam sicut accipi põt ex sententia Dio.c.1. ecclesiasticæ Hierarc. & Bernar.libr.3.de considera. ecclesiasti. Hierarchia imitari debet angelicam Hierarchiã, sed secûdû Dio 4.c.angelicæ, Hierar. Angeli inferiores diuinas reuelationes, seu illuminationes recipiunt mediantib.superioribus. Vnde & conueniens fuit, vt in ecclesiastica Hierarchia inferiores reducerentur in Deum mediantib.superiorib.& quia sacramẽtum eucharistiæ offertur. Deo ad reconciliandû nos sibi, vel nos ad vniendû ei. iõ ptãtem corp' Christi cõficiendi noluit deus dare, nisi illis, qui essent ex officio mediatores inter ipsũ & populû, cuiusmodi sunt sacerdotes. & ecclesia dicit, solis p̄sbyteris, quib sic congruit &c.& hæc ẽ cõis opi. Theo.

e Licèt sit diuersa op.] vide i supplemento eucha. 3.§.3.vbi ponuntur opin. doc. & mag s placet op. autoris, quam tenet Alber.in 4. di.13.& Ri.ibidẽ rñdet rõnibus S. Th.licèt Ros. Eucha. 3.§.1 teneat de ordinandis, ꝙ debent concelebrare.

f Et alia gl.] Ista gl.nihil dicit sed solû q̃rit, quid d̃. sacerdote, q rum hẽt confitere, recordatur de aliquo crimine? ẽ ñ det, ꝙ dẽt ꝯfitere, licèt peccet conficiendo cap. de homine de rele.mis.hæc gl. tñ facit in argu.

g Primû verius] vide supra Confessio.1. §. 21. & Ri.di 17.4.ar. 3. q.6.

ꝙ peccat mortaliter ; & sic dēt, d. ci. ꝙ non dēt celebrare, vł cōicare. Si verò aliqđ triū prędictorū imminet, s. vel scādalū ꝑsonę, vł populi, nisi celebret, vel q̃a iā icępit missam, sic sufficit ɔtritio. Et sic pōt itelligi, ꝙ tūc pōt celebrare, ar. c. de cęte ro, & c. à nobis, el. 2. đ sē. ex cō. & c. q recedunt. 26. q. 6. Adde tamē secundū Ric. in 4. d. 17. quòd quanuis habeat idoneū confessorem, sed tñ expectat aliū, cui deuoti⁹ & securius ɔfiteař, ꝙ tūc absque cōfessione & sine peccato pōt sumere eucharistiā cum contritione sola; qđ limito, dūmodo sit cōfessus semel in anno, Itē quia tenetur celebrare, vel cōmunicare; aliás non credo, si pōt desistere sine scādalo populi, vel ꝑsonę, q̃a prius debet confiteri.

6 Quid si celebrādo recoleret se comedisse, vł bibisse? ℞. ꝙ i difficultatib⁹ sēper accipiēdū ē, ꝙ min⁹ hēt de ꝑiculo: mai⁹ āt ꝑiculū est. qđ est ɔ̈ sacři ecclesiæ ꝑfectionē, q̃a hoc est sacrilegiū, quā qđ est pertinens ad qualitatē sumentis. Et ideò si p̃sbyter post cōsecrationē inceptā meminit se comedisse, nihilominus dēt ꝑficere sacřm. Idē, si meminit se excōicatū, vel ī mortali (cū contritione [a] tñ debita) & sic non peccat, sed fructuosè sumit. Et in hoc concordant communiter do. Si verò meminit ante consecrationem, Th. in 3. q. 83. tenet, ꝙ tutius est dimittere missam inceptam, nisi scandalum graue imineret. Sed San. Bo. in 4. d. 13. tenet, ꝙ sine peccato pōt inchoatam ꝑficere cum proposito confitendi, & cum contritione totū suppletur, nō videť ibi eē contēptus. Idē dicit ēt S. Bo. ibidē de eo, q meminit se irregularē, q̃a ꝓhibitio ꝓpter irregularitatē nō extēdit se ad eū, q accessit sine conscientia irregularitatis, & inchoauit missam. Vñ ꝓpter reuerētiā sacři, & scādalū populi dicunt, ꝙ si dolet, & libenter faceret, qđ in se est, à dño esset dispensatū ꝑ tunc. Idē dicerē ēē, qñ non incępit, si nō potest desistere sine scādalo; nec in hoc casu incurrit irregularitatē, ar. c. clerici, & c. latores, & c. fraternitati. quæ reqrūt temeritatem, de clerico excō mini. per totū. Nec ob. [b] c. apostolicæ, e. ti. quia ibi sunt in culpa non intelligendo; quod dicunt. Sed hic iste est i necessitate. Et hoc credo verū, nisi foret scādalum Phariseorū, vel quis acciperet scandalū ꝓ aliqua admiratione, q̃a tūc non liceret sine nota irregularitatis.

7 Quid de eo, qui incępta missa hēt conscientiam, ꝙ non sit presbyter? [c] ℞. S. Bon. vbi supra, ꝙ ante consecrationem debet dimittere missam, infirmitatem fingēdo, aut conscientiam deponere.

8 Sed quid faciet sacerdos, qui ꝑpēdit nō eē aquā i calice? ℞. si hoc aduertit ante ɔsecrationem, eam apponat, sed post ɔsecrationem nullo modo, q̃a non est de necessitate sacramēti, vt supra dictū est; & de hac materia, vide infra, missa.

EVCHARISTIA III. circa [d] sumptionem eius quis teneť sumere? ℞ quòd primò quilibet sacerdos, cū celebrat, de ɔse. di. 2. relatum, quia sacřm in sumptione complementū suæ significationis accipit, & si deficeret, alius debet supplere ꝓ eo, q sit ieiunus, si iam hostiam saltem consecrauerat. 7. q. 1. nihil. Si verò dubitatur, an compleuerit consecrationē hostiæ, tunc ſm Inno. in c. presbyter, de sa. iter. vel non incipiēdum est ibi addendo, s. dñs noster Iesus Christ⁹ pridie, quā &c. q̃a nō dicitur reiteratum, quod nescitur factum c. veniens, de presb. non ba. Si autē certum est, ꝙ non incœperat verba cōsecrationis, tunc non est necesse supplere. si tamē qs vellet, supplere posset, sed nō deberet reincipere, si iā signa super hostiā fecerat, sed ꝓsequendū ē vbi deficit ſm Ale. & placet: aliás icipiēdū est à capite, [e] & si pluries celebrat i die sēper dēt sumeř omissa purificatione in prę cedentibus missis. [f] Secundò tenetur qlibet Christianus, cū ad annos discretionis puenit, vt i c. oīs, đ pę. & re. de quo dic vt. 3. §. 11. nisi ex rōnabili causa de cōsilio ꝓprij sacerdotis ad tempus duxerit abstinēdū. Tertiò tenetur qlibet i articulo mortis cōstitutus, ꝓpterea appellatur viaticum.

Vnde

[a] Cum ɔtritione] Cū est i mortali, teneť cōfiteri, si hēt copiā sacerdotis, & aptitudinē horę añ canonis inchoatiōem ſm S. Bo in 4. d. 12. in qō. circa literam.

[b] Nec. ob. c] Imò dicit ibi tex. ꝙ ignorātia ꝓbabilis excusat. Et hoc erit, qñ se ꝑparauerit.

[c] Quod nō sit p̃sbyter] Sanū ergo ɔsiliū est i oībus his, ꝙ sacerdos se ante missam diligēter ꝑparet & in missa nō cogitet de se ipso, sed de sacro hęc S. Bo vbi s.

[d] Cæteri c. sed nè fortè. P. V.

[e] Est à capite] De hoc clari⁹ & lati⁹, sup. eucha. 3. §. 4

[f] In p̃cedētibus missis] Quia non eēt ieiunus, c. ex parte, de cel mis.

a Solu.] Et non q̃d Chr̃s suscepit hoc sacr̃m, sacraliter tm̃, sicut baptismu, & in exẽplum S. Bon.

Vnde credo peccat mortaliter, qui in tali articulo ꝯtẽnit sumere corpus Chr̃i. Quartò rõne statuti. Quintò ratione officij, sicut sacerdos, qui tenetur celebrare saltẽ in magnis festiuitatibus, vt j. Missa. S. 44.

1 Quotmodis sumitur? R. ꝙ tribus modis. Aliquando sumit solũ spiritualiter, aliquando solùm sacrametaliter, aliquando sacramentaliter, & spiritualiter.

2 Quid ẽ mãducar̃ spiritualiter? R. s̃m S. Bo. in 4. d. 9. ꝙ mãducatio spiritualis trãsl ita est à corporalib᷒, & ideò sicut in mãducatione corporali sũt duo principaliter, s. masticatio, & incorporatio, sic & in spũali sunt duo suo modo, s. spũalis masticatio, q̃ est recognitio per fidẽ, s. carnis Chr̃i ꝓ nobis expositæ, in preciũ in cruce ad redimẽdum, & spũalis incorporatio ꝑ charitatẽ, s. dum recogitãs ei, quẽ recogitat, iungitur ardore charitatis, & ita ei incorporatur.

3 Qñ quis dr̃ solũ manducare spũaliter, & non sacr̃aliter? R. ꝙ tũc, qñ sacr̃m est in voto, & effect᷒ eius ꝑcipit, quia sicut quidã ante, q̃ baptizent ex desiderio baptismi ꝑcipiũt effectum ipsius, sic & in hoc sacr̃o, nec frustra inducitur postea sacr̃m, quia plenius inducit effectum ipsa susceptio sacramentalis, q̃ solũ desiderium s̃m. S. Th. in 3 par. q. 80. vel melius. S. Bo. in 4. di. 40. quia non esset vera voluntas, nisi deduceretur in opus, cum adest facultas.

4 Quid ẽ mãducare sacr̃aliter solũ? a R. s̃m S. Bo. in 4. dis. 9. ꝙ est mãducare sacr̃m vt sacr̃m ad hoc ãt vt mãducet sacr̃m, vt sacr̃m, necessaria est intẽtio, & intentionis regulatio. Intẽtio, inquam, est necessaria, q̃a si quis iret in mensam, & intẽderet corpus reficere, & aliquis pro pane cõi sacr̃m sicut panem offerret, & ipse omnino intenderet cibũ sumere, nõ diceremus eum sacramentaliter manducare. Necessarium est ẽt vt huius intentio dirigatur s̃m fidem, quæ est in ipso, vel in altero, quia oportet credat ꝙ sub illa specie aliquod spũale lateat. quod sumere intendat: vel oportet, ꝙ saltẽ sumere intendat, quod alios credere existimat, licèt ipse non credat, & sic patet pro quanto quis dicatur sacramentaliter manducare, q̃a. s. ꝙ sacr̃m verè existat ibi, & ipse, qui mãducat illud, vt sacr̃m sumere intendat, siue q̃a credit esse verũ sacr̃m, siue quia existimat alios credere. hæc S. Bo. vbi supra. Adde, ꝙ tunc solũ sacramentaliter sumit, qñ ꝑ aliquod impedimentũ, quod in ipso sumente est, vel malã eius dispositionẽ caret effectu & fructu ipsius sacr̃i, q̃ est spũalis manducatio, hoc est spũaliter incorporari corpori mystico ꝑ fidẽ, & charitatẽ, vel magis incorporari per augmentum fidei, & charitatis, quæ manducatio non conuenit indignè suscipientibus.

5 Verũ verè in hoc sacr̃o Xp̃s mãducetur? R. s̃m Ri in 4. di. 9. ar. 1. q. 1. ꝙ est in sumptione huius sacramenti q̃dam manducatio carnalis, qua comestũ masticatur, & in stomacũ trahitur, & postea digeritur, & vltimò in substanciã manducantis cõuertit; & sic verè mãducatur illa species, sub qua realiter continetur verùm corpus Christi. Est & alia manducatio sacramentalis, qua corpus Xp̃i verũ realiter sub illis sp̃ebus panis cõtentũ sumitur, sed sic sumptũ corporaliter non masticat, & si species sic in ore masticentur, ꝙ per digestionẽ ibi factã nõ corrũpatur in eis forma propria, sed descẽdant in formam propriam in stomacũ, descendit & corpus Christi in stomacũ per descensũ speciei, sub qua continet & tandiu ibi manet corp᷒ Christi, q̃diu in eadẽ sp̃e forma propria specierum saluatur. Si aũt species panis tandiu in ore masticetur, ꝙ per digestionẽ in ore factam corrumpatur forma propria in eis, & nõ descẽdat in stomacum, tunc nec corpus Christi descẽdit in stomacũ, & sic intelligitur illud de cons. dist. 2. c. tribus, in glo. in ver. miscere, in fi. cũ dicitur, q̃ cito species dẽtibus atteritur, tã cito in cœlũ rapit corp᷒ Christi. Adde tñ s̃m S. Bona. in 4. dist. 9 ꝙ cũ corpus Christi maneat sub illis specieb᷒, quãdiu illa sp̃es sit habilis ad refectionẽ humanam, quia ad hæc est statuta, & ad hoc ordinatur, & hoc habeat, cũ est extra stomachum, & in stomaco, quia ibi reficit, & tandiu ibi corpus Christi moretur, donec refectionis operatio compleat. Ideo, si q̃s euomat illas, euomit corpus Christi, & si species possunt discerni ab alijs, debẽt sumi cũ reuerentia, & cremari, & cineres iuxta altare recõdi, vt in c. si per negligẽtiã

de conſ.di. 2. Si āt ſpecies illę trāſeāt per ſtomachum indigeſtæ pp aliquā infirmitatē, tunc ſunt extra ꝓprietatē refectionis. & iō ſi vadāt in ſeceſſū, nō ē ibi corpꝰ dñi.& hāc opi.S. Bo. vbi ſ.ar.1.q.1.ad primum, dicit probabilē, & placet, cū qua ꝯuenit Ricar.vbi ſ.

6 Quis pōt ª idoneè ſuſci per ſacrm eucharistię? ℞. Pe.Aur.i 4.di.9.q.2.ꝙ idoneꝰ ſuſceptor eſt homo, viator adultus, fidelis, mente ꝑditus, ieiunꝰ, deuotus, apparitione miraculoſa non prohibitꝰ, ſine conſcīa peccati mortalis, legitimè confeſſus, in ꝯuerſatione crīe non notatꝰ, corpore mūdꝰ, a miniſtro idoneo tpe debito, & recta intētione ſūptꝰ, vbi.15.notāda cōmemorat.

Primò dicit, Hō, qa licèt angeli beati māducēt Chriſtum in ſua ſpecie, inquantum ei vniuntur in fruitione charitatis perfectę, & viſione manifeſta, non tñ ꝯtingit eis ſpūaliter manducare hoc ſacrm, qđ eſt p fidē credere ī Chrm cū voluntate ſumendi hoc ſacrm.

7 Vtrum brutum poſſit ſumere corpus Chriſti ſacramētaliter? ℞. vt ſ. patuit.S.4. hoc eo.titu.ꝙ non.

8 Sed nunqd, ſi mus comedit illas ſpēs, tranſibit corpus Chri in eius ventrem? ℞. S.Bo.in 4.di.13.quidam dixerunt, ꝙ ſic p rationem ſupra dictā. Sed alijs vr ꝙ non, quia Chrs non eſt ſub illo ſacro niſi eatenus, quatenꝰ ē ordinabilis ad vſum humanū, ſ.ad māducationē.ſed ſicut q̄ cito mus rodit, ita & tā cito inhabile facit, & ſacrm eſſe deſinit. Et hæc eſt opi.communior ſm S.Bon.& magis pia. & ſic patet, ꝙ ſolis hominibus dēt dari, non brutis, vel quibuſcunque etiam angelis, quia illuſio eſſet.

9 Secundò dicit, Viator, quia nulli mortuo debet dari, & ſi petunt, illuſio eſt.

10 Tertiò dicit, Adultus, quia licèt Gręci antiquitus pueris darent, vt de conſ. di.2. paruuli, tamen ſacramētaliter ſumere non

a Conc Tri. ſeſ. 13.c.6.Cath.e.ti. c.verū docendū, & c.ſed nè fortè, in quib. & de ſequentibus q̄ſtionibꝰ traditur, nè ſingulis addam. Pet. Vend.

b Et ideo dico] vide Sco.in 4.d. 17.vbi de cōfeſſione puerorum.

c Sumere] refert ſupple.i ver.cōicare.§ pen. & vide Abb.in c.ois, vtriuſque, &c. diſtingueuté triplicē ętatē, vnā aptā ad cōfeſſionē, aliā ad cōionem, aliam ad matrimonium.

d De dæmoniacis] vel niſi credat, ꝙ pp aliqđ pctm a diabolo torqueatur ſm S. Tho. Et refert ſupp.communicare.§.10.

poſſunt, quia non vtuntur ſacramento, vt ſacro, ſed vt cōi cibo pp carentiam diſcretionis, ad hoc c.omnis, de pœn.& re.

11 Sed quando eſt ætas debita? ℞. Aureolus vbi ſupra, ꝙ relinquendum eſt aribtrio boni viri. Et ideo dico, ᵇ ꝙ tūc eſt ætas debita, quando pueri habent vſum rōnis, ꝙ pñt ꝯcipere deuotionem huius ſacri, & diſcernere, & dijudicare corpus Chriſti reuereri ab alio cibo, ſaltē ex aliorū inſtructione, quod poteſt eſſe in. 10. vel ſaltē in 12. an. vſi, ſi apparerent in eis tūc ſigna diſcretionis, & reuerentiæ, poſſunt ſumere ᶜ ſm Tho.in 4.diſt. 9. imo debent ſaltem ſemel in anno ſumere, vnde tenentur ad hoc eos inducere, qui eorum habent curam.

12 Quartò dicit, Fidelis, quia nulli infideli dēt dari, imo nec infidelis poteſt ſumere ſacramētaliter etiam, niſi habeat intentionem ſumendi ipſum, vt ſacramentum eccleſiæ, licèt ipſe non credat.

13 Sed nunquid cathecumenis debeat dari? ℞. Aure.vbi ſ.ꝙ non, quia non ſunt de familia Chriſti per baptiſmum.

14 Quintò dicit, Mēte ꝑditus, vnde dęmoniacis & amētib.non dēt dari. diſtinguit tñ Aure.vbi ſ.aut talis amēs nunq̄ habuit vſū rōnis, & tali non dēt dari. aut aliqñ habuit vſum rationis, & tūc ſubdiſtinguit, ꝙ aut oñdit ſigna deuotionis extra, & tūc pt cōicari aut non ꝓtendit ſigna deuotionis; & tūc recurrendum eſt ad tps præteritum, quia ſi ante inſaniam petijt, & deuotionem ad ipm habuit, pt dari & dēt in articulo mortis, ſi non tenetur de periculo euomendi, vel alterius irreuerentiæ, vt habēt in c.his qui 26.q.6.ſi verò nullā deuotionē ad ipſū habuit tpe ſanitatis, nec eū pęt pt debito tpe, nullo modo eis dēt dari. Idem dic de dęmoniacis ᵈ ſm præfatam diſtin. ſm Th. in 4.diſt.9.in 3.par. q 80. amentibus verò qui habent dilucida interualla, poteſt dari tunc, quando habent vſum rationis ſm Aureolum prædictum, vbi ſ. Multofortius poteſt dari illis, qui largo modo dicuntur amentes, ſcilicet qui habēt debilem vſum rationis, dummodo poſſint aliquam deuotionem huius ſacramenti concipere, quia ſcilicet ſunt docibiles.

15 Sextò dicit, Ieiunus, nā quicunque aliquod comeſtibile, vel potabile poſt mediā

noctem

noctem sumpsit, nullo modo pôt côicare, siue digesserit, siue nõ, de ɔse. di. 2. c. liquido. 7. q. 1. nihil, ꝺ cele. mis. c. ex parte. Excipit cas infirmitatis, quia si ꝺ eorũ periculo mortis dubitatur, etiam post cibum sunt communicãdi, nè sine côione ꝺ cedãt, de côse. dis. 2. presbyter. Nec ob. c. sacramẽta, [a] de conse. dist. 1. quia Abrogatũ est, & de hoc vide. j. Missa S. 3. [b] q. 5. 6. & 14. cũ tribus se.

16 Septimò dicit, deuot⁹. Nã sicut q cibũ corporalẽ nõ potest digerere, vel masticare, nõ est aptus manducare ipsũ, sic qui deuotionẽ nõ habet, non est dign⁹ cõmunicare, de conse. dis. 2. c. in illo, & c. tribus gradibus, vnde. S. Bon. in 4. di. 12. maiorẽ, inquit, efficaciã recipit homo in vna missa, vt mãducare cũ bona præparatione quã in multis si se non præparet diligenter.

17 Octauò dicit, Apparitiõe miraculosa ñ ꝓhibit⁹. Nã si appareret in forma pueri, vel huiusmodi, nõ debet sumere secundũ prefatum Aureo. vbi s. qa nõ apparet sub spẽ côuenięti humanæ refectioni. dicit tamẽ Sanc. Tho. in 3. parte, q. 82. ꝙ consulẽdũ esset presbytero, ꝙ iteratò corpus, & sanguinẽ domini côsecraret, & sumeret. [c] sed ego non credo, qa ꝗ fiũt miraculosè, nõ sunt sub legibus. l. nã ad ea, ff. ꝺ le. & et quia verifi'r posset etiam in alia consecratione sic apparere, & sic eẽt ꝓcessus in infinitũ.

18 Nonò dicit, Sine conscĩa peccati mortalis. Nam suscipiens conscientia pcti mortalis, peccat mortaliter ẽm Aureo. vbi s & côiter oẽs [d] sed si conscientiam non habet de mortali licet sit in mortalĩ peccato, nõ peccat mortaliter ẽm Aureo. vbi s. nisi sit ignorantia crassa, vel affectata, quia debitã diligentiam, de commissis non adhibuit, [e] Land. in 4. di. 9. dicit, ꝙ diligentia debita, est, quando facit illa, quę prudens facit de re, quã vellet studiosissimè examinare. & Sco. in 4. di. 9. dicit, ꝙ tenetur quis se examinare secundũ diligentiam nostrę fragilitati possibilem. Addit tñ Aure. ꝙ quãdo quis dolet de præteritis peccatis mortalib. commissis, & habet propositum non peccandi, & deuotionem ad sacramentum, ꝙ potest præsumere, ꝙ non sit in mortali.

19 Verũ presbyter peccet mortaliter dando ei, quem scit in peccato mortali constitutum? Res. ẽm Ri in 4. dist. 9. ar. 3. q. 1. ꝙ si talis non petit sibi dari, sic peccat sibi dando, si verò petit, & tunc distingue, aut ẽ notorius peccator, & sic peccat, si ei dat, qa hẽt contra ipsum legitimã exceptionẽ. aut non est notorius, quanuis possit probari ꝑ duos testes, vel tres, & si petit in occulto, debet ei denegare, qa hẽt legitimam exceptionẽ contra eũ, & moneat, nè petat ĩ publico, vt hr de cons. di. 2. nè prohibeat, qꝺ petit. Si verò petit publicè, tunc si est sacerdos extraneus, non debet sibi dare, quia legitimam hẽt causam, [f] de cons. di. 2. tribus si ãt est sacerdos proprius parochialis, sic dẽt sibi dare, qa nullã habet exceptionem quam in publico possit obijcere, de os. iu. ord. c. si sacerdos. Nec obst. ꝙ sit maius peccatum sumere cum peccato mortali, quã infamari, quia sacerdoti ministranti corp⁹ Christi peius est peccare mortaliter infamando iniustè peccatorẽ occultũ, ꝗ ꝙ ille mortaliter peccet, qa nullus dẽt mortale cõmittere, vt aliũ a mortali liberet. peccator tñ occultus ẽm. S. Th. 3. q. 80. poti⁹ dẽt eligere infamari, ꝗ indignè ad mensã Christi accedere. Quod credo verũ, qñ qs indignè accedit, s. cũ mala voluntate, puta qa non pœnitet de peccatis, secus esset de indignè sine mente qa non est ɔfessus [g] de quo dic vt s. Eucharistia. 1. S. 5. & infra. S. 44.

20 Sed nunqd esset minus malum dare tali hostiam non consecratã, vel non consecrare, & sic sumere? Res. ꝙ nõ, vt patet ĩ c. de homine, de cele. mis. Ideò dr prorsus ꝗdem falsa remedia sunt abijcienda, quæ sunt

[a] Nec obstat. c. sacra] Ibi dicit, ꝙ sacra à ieiunis ꝑcipienda sunt.

[b] Missa. §. 1.] Vide qꝺ scripsi ibi in §. 3.

[c] Sumeret] ẽ. n. ꝑceptũ de sumpt oẽ celebratis, c. relatũ, de côse. di. 2. sed plus placet, qꝺ hic ɔcluditur.

[d] Et côiter oẽs] Quia. s. facit irreuerẽtiã sacro, & rei côtẽtę sub sacro, & rei significatæ nõ côuenientę, sic si qs crederet eẽ in peccato mortali, licèt nõ eẽt, peccaret mortr sumẽdo, qa est côtẽptor reuerẽtiæ debitæ sacro ẽm Ric in 4 d. 9. ar. 2. q. 1. ꝺ occulto mortali. vide infra § 13.

[e] Nõ adhibuit] Et Ric. vbi s. peccat tñ mortaliter, licet nõ ita grauiter.

[f] Legitimã hẽt causã] Petit aũt, quãdo sicut cęteri stat ad sumẽdũ ꝑparatus, si cautè posset peteñsi re sacerdos, forte malũ nõ eẽt, dũmõ hoc alij ñ aduerterent.

[g] Quia nõ est ɔfessus] Côcord. supplemẽtum in ver. côicar. §. 15. & sub dit ẽm Th. di. 9. 4. ꝙ si peccator ẽ oino occultus, puta qa sacerdos hũit in ɔfessione, dẽt eum moneř, nè petat ĩ publico.

a Videat] Peccator tñ, vt dicit Albe. non debet videre multo aspectu, sed eo viso percutere pectus, quasi nõ sit dignus eius aspectu, hæretici vero secundũ Tho. sunt arcendi omnino, & concor. supp. communicare. § 4.

b Non debet dari] De hoc Alex. in . par. q. 43. & plene.

c Schismaticis] Ratio ẽ, quia in talibus est defectus rei signatæ, scilicet vnitatis corporis mystici, id est ecclesiæ quæ mystice dr corpus Christi.

d Quæ toll. põt] vt sanguinis, vel maculationis; vel luci, vt in domisi catose, S. Tho. in 4. dist. 9. tenet, q talib. non debet denegari, quia magis consideratur mũdicia mẽtis, quàm corporis in hoc sacramento. sed plus placet opi. Aur. vt hic, licet supplemẽtũ sequatur opi. Th. com municare. §. 12.

sunt veris periculis grauiora ibidem, idest manifestis dicit gl.

21 Quid si solu sit suspect⁹ de crimine mortali? Rñ. q si suspitio sit violenta & notoria, dicẽdum est sicut de eo, quẽ scio in mortali sm q supra dictum ẽ, alias non efficiẽ 2. q. 1. c. 2. & 3. i gl. & 32. q. 1. dixit domin⁹.

22 Vtrum existens in peccato mortali peccet videndo corpus Christi? Rñ. q non, dummodo cum humilitate & reuerẽtia videat.[a] Similiter non peccat tangens ex necessitate, puta qa cecidit in terram, & hmõi secundũ Sanctum Bo. & S. Th. in 4 di. 9.

23 Quid de illo, qui licèt nõ sit verè in peccato mortali: tamen secundùm conscientiam scrupulosam se existimat esse? Rñ q peccat mortaliter, nisi eam deponat, quia quicquid fit cõtra conſciẽtiam, ędificat ad gehennam, vnde nisi sit ex probabili coniectura debet deponi vt in c. inquisitioni de sen. exc. quia dicitur in canon. solũ, de regul. lib. 6. decet & expedit, vt conscientię puritati non desit iudicium rationis, nẽ dum spiritualis profect⁹ quæritur, salutis dispendium incurratur. hæc ibi.

24 Decimò addit. legitimè confessus, qa quantumcunque doleret de pćtó commissó, no sufficeret, vt digne sumat, sed oportet legitimè confiteatur, aliter peccat mortaliter nisi vt est dictũ supra, Eucharistia. 2. §. 4. Tenet tñ Aureo. vbi supra. q sacerdos parochialis, qui non habet aliũ sacerdotem, & religiosus in via cum socio non sacerdote, quod possunt celebrare cũ contritione, & cum proposito confitendi, ex quo non habet, cui confiteatur, quia religiosus non potest extra suum ordinẽ confiteri in religione Minorum. Quod limito tñ verum, qñ sine aliorum admiratione desistere non põt, aut quia tenetur celebrare. Idem dicas de eo, qui volens communicare coram sacerdote celebrante recolit aliquod mortale non confessum legitimè qđ potest communicare cum contritione, & proposito confitendi, quando sine admiratione. & aliquali nota nõ posset desistere, qñ communicaret, nec hẽt aut tempus aut sacerdotem cum quo confiteri possit.

25 Vndecimò dicit, In conuersatione crimine non notatus, vt histrionib. & huiusmodi non dẽt dari [b] de cons. di. 2. pro dilectione, dñ puto nec maiestati diuinæ neq; euãgelicæ, disciplinæ ꝯgruere, vt pudor, & honor ecclesię tã turpi & infami contagione sędet, vñ sm gl. ibid. Nec talib. nec cuicunque infami notorio manifestè dãda est eucharistia. Si tñ reuertantur ad dominũ, eis communio, & reconciliatio non negat vt ibid. dicitur in c. se. Non est tamen intelligendum sic, vt statim debeat ei dari eucharistia, sicut fit a multis, & male, sed propter reuerentiam sacramenti debet differri vsque post peractam pœnitentiam, quã publicè debet facere, nisi articulus necessitatis, vel pietatis aliquando in casu aliter fieri persuadeat.

26 Vtrũ sit danda eucharistia suspendendis, vel decapitãdis pro suis maleficijs? Rñ. q sic, si pœniteant, & pure confiteantur, vel cupiant confiteri, si possent, quia nec eucharistia, nec sepultura est eis deneganda, & missa pro eis potest celebrari, & oblationes offerri. 26. q. 7. c. 1. & di. l. c. pœnitentes, & 12. q. 2 c. si. imo hodie in Cle. 1. de pœnit. & re. præcipitur officialibus, q eis administrare permittant, si petunt.

27 Quid de excommunicatis, interdictis, schismaticis,[c] & hmõi? Rñ. q nullo modo dẽt eis dari. Addit, corpore mundus, i. ab ea imunditia, quæ tolli potest [d] aliter non tollendo secundùm Aureo. vbi supra peccat grauiter cum tali immunditia sumẽdo eucharistiã. Sed immũditia, quæ tolli non potest, puta lepra, fluxus sanguinis, vel seminis, & alia infirmitas non ĩpedit sũptionẽ eucharistiæ, sed bñ celebrationẽ missæ sm q dictum est supra corpore viciatus.

28 Vtrũ nocturna pollutio impediat sumptionem

a C.non est] Et e.testamētū,ea d. vbi ponit hæc di stinctio.
b Vt semp cōmunicaret] Et.s.Th. in 4.d. 9. per oia concordat. & considera sm eum, q ad hoc vt hō digne ad istud sacramētum accedit, tria requirunt. Primū munditia conscientiæ. quæ non nisi p peccatum tollit. Secūdū eleuatio mentis i deū in actuali deuotionē, & hæc interdū sine peccato amittit, vt p mētis hebetudinē, vel occupationē, aut euagationē. Tertiū mūditia corporalis, vñ celebrātes vel aliquod sacrū tractātes lauant manus, &c. Et primū & principaliter peccatum impedit. secundū tādeuotio, vel mētis hebetudo, tertiū corporalis immūditia. Et hæc tria aliquā do cōcurrunt in pollutione nocturna, quādoque duo, quādoque vnū. Et secūdū hoc hō magis, vel min impeditur. vnde distinguēdū est, vt hic.
c Non dēt abstinere] Ric vbi s. dicit, q si pollutio prouenit ex superfluitate naturę nō cre lit, q prohibeat.
d 24. horas] Quia i tāto tpore mēs, q fuerat p hebetudinē i nordinata, o. dinatur.
e Distiguēdū fore] Vide hoc. §. sup. cōmunicar.

1 Vtrum sit dicendum factũ, quod nõ durat? R. gl. b ĩ c. ad nostram, de regula, quod quñ ex facto volumus iudicare aĩum, tũc est verũ, quod nõ dr factũ, s. aĩo faciendi, quod non durat, & ibi ponit multas pco. Adde tex. ĩ c. nã & ego, de ver. si. cum concor. in gl.

2 Vtrum factum illegitimè, censeat factũ? R. quod nõ, vt in c. veniens, de præsbyt. nõ bap. sicut inutile, & nullũ paria iudicantur, c. inter corporalia, de trãsla. præla. sic ẽt dr nõ esse, qui minus idoneus est, vt in l. 1. §. quod si nemo, & ibi gl. in ver. inhabilis, quod cuiusque vni. fecit tex. cum gl. in c. fraternitas, de fri. & male. Vnde Bart. p d. l. 1. dicit, quod si procurator non facit fidẽ de mandato perinde est, ac si non cõparuisset, & dñs tanquã cõtumax debet puniri. itẽ excipere, & non probare, idẽ est, sicut non excipere. c. cũ sup. de conces. præb. & ibi Abb. Et paria sunt quoad iuris effectum non esse, & nõ apparere. l. duo sunt Titij, ff. de te. tu. Itẽ non fieri, & tardè fieri, vel eo modo, quo fieri non debet, c arg. c. auditis, de procu. ff. qui satisda. co. l. quotiens, & ibi glo.

3 Vtrum plus sit facto cõsentire, quàm verbo? R. quod sic, facit text. & ibi Abba. 7. no. in c. in causis, de elec. vi de glo. in c. dilecti filij, el 2. de appel. vbi plus factis loquimur. Factum alienũ promittẽs quomodo teneatur, Vide infra, sponsalia. §. 14. Factum vbi promittitur, venit quod interest, in obligationem. ff. si quis in ius voc. non ie. l. cum quis.

FALCIDIA. Vide ĩfra, Legitima.

FALSARIVS d dicitur quis diuersimodè, vt no. in c. in memoriam. e 19. di. & in ca. quisquis. 11. q. 3. & de cri. fal. per to.

1 Vtrum sit falsarius, qui absentiũ nomina in instrumento ponit, f vel qui sigillum furtiuè surripit? Resp. quòd sic, vt no. in c. quãto, & ca. ea, de his, quæ fiunt a præla. Item secundum Bar. in l. præsbyteri, C. de epi. & cle. falsitas non solùm committitur in dicẽdo falsum, sed etiam iam in tacendo verum. g

2 Vtrũ aperiens literã alterius, vt legat, sit falsarius? R. gl. in c. cum olim, el 2. in ver. sigilla, h de offi. dele. tenet, quod debet puniri tanquã falsarius, alleget. c. olim, de rescr. & c. ad audiẽtiam, de cri. fal. Innoc. verò tenet, quod iste minus peccat, quasi falsificasset sigillum apponendo adulterinum, tamen falsarius est, propter quod dicit Pe. de Anc. quod solùm debet puniri pœna extraordinaria. c. de causis, de offi. de leg. & cõcurrũt cõiter doc. & c. allegata per gl. loquũtur de falsario, qui faciat ra

ctus non habet effectum, ergo &c.

d Ad hunc titulum pertinentia videns in Catechis. in expos. præcepti, Non loqueris con. P. V.

e C. in memoriã] Gl. in ver. falsam, quæ ponit, quot modis scriptura dicitur falsa, quam no. omnino.

f In instrumẽto ponit] vide quæ no. Bartol. in l. si quis obrepserit, ff. de falso vbi dicit, quod si notarius bona fidei scripsit, secundũ quod partes dicebant, tunc instrumentum non est falsum, neq; partes accusare possunt de falso, sed de obreptione, & puniuntur de falso, vt ibi.

g Tacendo verũ] Loquitur in teste, & intellige, quñ interrogatus sup certo articulo dicit se nihil scire, vel quñ iurauit dicere purã & merã veritatem, & multa subticuit, vt in c. cũ dilecti, de accu. Secus ãt, vbi sic non iuraset, vel non fuisset interrogatus, vt l. nunquã, ff. de priua. deli. tũc. n. nõ tenet, si nõ dicit veritatem, quia testis nõ dẽt esse verbosus. fat. s. n. est, quod rñdeat ad iterrogata, & no. ẽt quod qs peccat celãdo veritatẽ, quñ assumpsit officiũ testificandi, vel aliàs tenetur dicere veritatẽ ex offõ, vel cũ aliàs veritas haberi nõ potest. Aliàs autẽ tacere veritatem nõ est peccatum. 27. q. 2. c. ne qs, facit Io. 18. de dño nõ rñdente Pilato, &c. vide Pa in c. 1. de fal. Et vide do. Iason. in l. non dubium, C. de legi. i 6 pte gl.

h Rñ. gl. iu versi. sigilla.]

sigilla.] Et ibi Pan. tacitat, quæ hic dicuntur. Idē tenet Abb. in ca. venerabilis.7.col lum.ver. Secundò principaliter no.da excep.

a D.c.cū olim] Nam papa dixit, ꝙ voluit eū punire, in quo deliquit, & tamē nō puniui: eum pœna falsi, nec etiā aperiens literas alterius est excõicatus, vt quidā vulgares putant, quia nullo iure cauetur, & vide Car. in d.c. cum olim magister. 2.

b Crimen falsi] Sed extra ordinem.l.1 § expilationis.ff. de effra &c.

c L. qui testamētum.ff. de falsi.] Vide ibi Bart. & in l.1. ff. de præuari. vbi dicit idem esse de eo, q cognouit iura venius, & demum se contulit cum parte aduersa, & ostendit parti aduersæ instrumenta, & Bart. in l. si qs al.qd,ff.d pę.

d Nō appareat] Bart. ibi verum esse credit in eo, qui celat aliquid simpliciter, vt nemini appareat, secus, si celaret cõtra vnam personam tātum. l. 3. § si quis dolo,ff. de tabu.exhi. Et addit ibidem ꝑ bar. ꝙ si qs detruncaret bullas de literis papalib', quod incideret in ꝑ nā falsi.

a Resp. ꝙ sic] Et si erat principis, igitur exuritur, fm Bal. in l 3 C. de fal.mo g.l.fi. C.de ve.nu.libr. 11 gl & Pa. in d. ca. quanto, Alex. consi. 104 par 2. 8 & in l. eleganter § qui reprobos,ff.de pig.ac. Si verò erat inferioris principe pęna capitis, f. ciuili, s. deportatione. l. 2. C. de falsa mo. Sal. in d.l.2. Si verò nū mos radit, vel tingit, si liber est datur ad bestias, si verò seruus, vltimo supplicio punitur. l. quicūque, ff. de fals.d. & ibi Bar. tangit de cooperiente aurichalcum cū auro.

f Secus in denario] Expendens falsam monetam teretur pœna l. Corne. de falsis, quæ regulariter est deportatio, & omnium bonorum publicatio. Seruus verò vltimo supplicio afficiatur, de quo dicendum, vt in l. 1. in fi. ff. de falsis, & quod talis expenditor teneatur hac pœna, videtur text. in l. hac lege. Sed Bar. ibi dicit hoc procedere, quando expendit numos plumbeos, vel stagneos, qa de eis tantum facit mentionem illa lex. Aliàs dēe puniri pœna ex-

surā viciando literam, vt in d.c.olim,[a] vel apponendo sigillum adulterinum, vt d. c. ad audientiam Bar. dicit, ꝙ si aperit ostendendo aduersario mittentis, potest puniri vt falsarius; ar. bonū in l. 1 S. is qui, ff ad l. Cor. de fal. Ver. is qui deposita instrumēta ostendit aduersario, incidit i crimē falsi.[b] Quod no. contra notarios, & aduocatos, qui ostendūt iura partis aduersario. Si verò aperit, sed non ostendit aduersario, sic nō punitur crimine falsi, & videtur tex. in d.c. cū olim, & ff de cri. stel per totum, & l. qui testamentum, ff. de fal.[c] dic ꝙ est speciale in eo, qui aperuit testamentum clausum, vt puniatur pœna falsi, ex quo collige, ꝙ peccat mortaliter aperiens literas alterius, vt legat, nisi spem habeat in ratihabitione, quod intelligo, quando aduertenter, & studiosè facit, cum veniat puniendus crimine stellionatus. Quod limito verum, nisi haberētur pro derelictis, puta eas ꝑ iecit, vel lacerauit, & huiusmodi, quia si tales legit pro aliquo bono fine, licèt aliàs curiositas est, nō tamē mortalis, de se.

3 Vtrum lacerans, vel cōburens, vel celans scripturas publicas, vel priuatas, q ad alium spectāt ita, quòd amplius non appareant, sit falsarius? ℞. ꝙ sic, vt est casus, & ibi Bar. in l. Paulus, ff. de fal. vbi dicit text. legis Cor. pœna omnes teneri, q etiam extra testamenta cætera falsa signassent, sed & cæteros, qui in rationibus, tabulis, literis publicis, aliaue quare sine signatiōe falsum fecerint, vel vt verum non appareat,[d] quid celauerint, surripuerint, deleuerint, subiecerint, & resignauerint, eadem pœna affici solere dubium non est, hęc ibi gloss. in ver. surripuerint, dicit sic vt non esset comburendo, & sic patet, quid dicendum de falsantibus libros mercato: si, comburentibus, vel occultantibus, vel alias scripturas, & vltra dictā pœnam tenentur ad restitutionem totius interesse, text. est in lege, qui tabulas, ff. de furt. de quo vide infra, Restitutio, primo in verbo, scripturas.

4 Vtrum falsificans monetam sit falsarius, & peccet mortaliter? ℞. ꝙ sic,[e] secūdùm Host. Io. An Pa. & Io. de Imo. & in c. quanto, de iureiu. & patet per tex. ibidem, vbi dicitur, ꝙ seruās falsam monetam agit inique, ergo fortius falsans, patet etiam per extrauag. Io. 22. qua excommunicat omnes tales in regno Franciæ, & tenentur restituere omne damnum datum illi personæ, communitati, vel populo damnificato, vt no. præfati doc. vbi supra, vel si nescitur specialis persona, saltem pauperibus, argum. eorum, quæ no. in ca. cum tu. de vsuris, & in regula, peccatum, de re. iu. li. 6. & vide Hostien. in summ. tit. de censi. S. ex quibus, versi. quid si moneta idem dic, secundùm Gir. obdo de illo, qui recipit falsam ignoranter, quam postea sciens expendit pro bona, quod limito in pecunia alicuius importantiæ, secus in denario[f] vsuali, sicut dico de furto infra furtum. S. 34.

5 Quot modis fallat mo. ℞. ꝙ trib. modis secun-

traordinariis, ar. l. saccularij, ff. de extraord. criminibus. Vide Pa. in d.ca. quanto. Quomodo autē puniatur, qui destruit pecuniam, vide Bald. in l. lege Cornelia, ff. de falsis.

a L. q nomine] Bar. no illam l. ꝯuncios facientes falsos relatiões.

b Et Bart.] In 1. col. versi. quæro quid si accepit? Hoc tamen dicit nō seruari de ꝯsuetudine.

c §. q reprobos] Vide ibi pulchrā qōnem, quā ponit Alex. in apostil. ad Bar. de cudente monetam reprobatā. Quomodo aūt puniatur? gl. Cy. & do. in l. si quis, C. de falsa moner. no. in l. 2. & ibi Bar. C. de fal. & Bart. in l. fin. C de ve. nu. po. lib. 11. Et dicitur in specu. ti. de accusa §. 1. ver. hæc tamē, dicit, ꝙ talis potest capi, & trahi ad iudicem.

secundū communiter doc. d.ca. quanto. Primò in forma, s. quando imponitur signum illius, qui eam cudi non facit, vt in l.[a] falsi nominis. & in l. qui nomine, ff. de fal. & in d.c. quāto. Secundò ex materia metallica, s. qn̄ fit de ære, vel de stagno, vel non de debita liga, in l. Paulus. 1. ff. de solu. sm Bar. vel cū talis materia immisceatur, vbi non debet, vt in l. quicunque numos, & in l. lege Corne. ff. de fal. la 1. Tertiò ex pondere. nam ista tria requirunt de substantia monetæ, vt in l. 1. S. 1. ff. de contrahē. ꝛem. glo. 10. qō. 3. in prin.

6 Sed quæro, ꝙ pondus debet habere? ℞. sm gl. in ver. præbet, & doc. in d. l. 1. & Bar.[b] in l. 2. S. 1. ff. si cer. pet. ꝙ de iure tantus debet esse valor coniatę, & tantū pondus, quantū erat prius in materia, nō deductis expensis, nec labore, quæ de iure debent fieri de publico. Sed secundū Inn. quem cōmuniter sequuntur doc. & seruatur ex consuetudine, tantū debet esse in pondere, quātum erat in materia, deductis expensis, & labore, quia nemo suis expensis tenetur eam facere. ff. qui ex cau. ma. l. t. & c. qui sentit, de re. iur. li. 6. Imò plus credit Innoc. ꝙ si princeps indiget, poterit inde sentire aliquod lucrū, & sic minuere à prædicto pondere. Sed Pa. in d.c. quanto, de iureiu. limitat verum, nisi spargatur extra regnum, quia cum damno non subditorum suorum non potest, quam credo verissimam, credit Inn. ēt, ꝙ princeps cū consensu populi possit minuere, hoc est ꝙ sit minoris ponderis, q̄ deberet, & tn̄ expendat, ac si esset iusti ponderis. Ratio, quia qlibet potest renunciare iuri suo. 7. q. 1. quàm periculosum, & dicit sufficere cōsensum maioris partis magnatum regni, quia negotiū regni reputatur negotiū vniuersitatis, arg. in l. 3. S. sancimus. C. de iureiur. propter calum. Sed Pa. vbi supra dubitat de hoc, cum tractetur de præiudicio singulorum eorū, ar. eorum, quæ no in c. cum omnes de consti. & C. quę sit lon. consue. in rub. & i l. 3. in gl. mag. in ver. tertij dicunt. Et ego credo requiri ꝯsensum singulorum, nisi qn̄ ex alia causa propter hoc alleuiarentur, puta ab angarijs, & hmôi, ꝑ ea quę no. in dictis iuribus. Dicit tn̄ Inno. non sufficere ꝯsensum populi, vt expendatur extra regnum.

7 Vtrū princeps fraudet monetam, qn̄ reprobat valentem, & minus valentem acceptat, vt de reprobata habeat bonum forū, & illam conflari faciat, & cudi? ℞. Host. vt recitat Pa. vbi supra ꝙ sic, facit tex. in l. eleganter. S. qui reprobos,[c] ff. de pign. act.

8 Verum radentes, vel tondentes sint falsarij, vel subtilius ex aqua particulam auri, vel argenti tollendo ita, ꝙ cognosci nō potest? ℞. ꝙ sic, vt in gl. d.c. quāto, & tenētur ad restitutionē dānificatis, vel si ipsos ignorant, pauperibus de necessitate. c. fin. de iniurijs. Idem de eo, qui numos tingit.

9 Vtrum isti, qui singulos denarios ponderant, & grauiores retinent, & conflari faciunt, sint falsarij? Res. vt colligo ex Host. Ioa. An. & Imo. vbi supra, si illi, qui cudūt pecuniam, quia aliqui denarij sunt quādoque minus, ꝓpterea dimittunt alios plus in pōdere, qa nō pñt æqualiter omnes sculpere, tunc tales sunt falsarij, & tenent ad restitutionem cōicati, quia corpꝰ pecuniæ damnificauerunt, si aūt oēs denarij sunt iusti ponderis, sed aliqui sunt amplioris, & illos radunt, dummodo remaneant iusti ponderis, seu conflant, nō credo falsarios, licèt malè faciāt, & nullo modo sit eis ꝯsulendū, ꝙ si nolunt abstinere, non credo eos fore extra statum salutis propter hoc.

10 Quid de falsario literarum apostolicarum, vide supra, excōicatio. 5. casu. 3.

11 Vtrum falsificans mensuras, & pondera, teneat? ℞. ꝙ vltra mortale tenetur ad restitutionē totꝰ dāni dati, vt patet ex. c. 2. de emp. & ven. & deberet 30. diebus in pane, & aqua pœnitere, vt ibi, licèt sit arbitraria hodie. Idem dic de vtente scienter falsis. Et falsans mensuras tenetur lege Corn. de fal. ff. de extra. cri. l. annonā, circa fi. q̄ est

pena publicationis omniũ bonorũ cũ deportatione, si liber est; si seruus, vltimũ supplicium, vt ĩ l. 1. in fi. ff. de fal. Vtens verò falsis pôt puniri in duplum, [a] & relegari in insulam, vt ff. de fal. l. penul. §. 1.

12 Vtrum instr̃a cõfecta per falsum notarium sint nulla? ℞. vt colligit Pa. in c. fraternitatis, de hęre. per Innoc. ibidem, aut loquimur de instrumentis confectis post falsitatem commissam, vel etiã ante, tamẽ nondum damnatum, sed toleratum in officio; & sic valẽt pretextu officij, licèt postea damnetur; [b] facit l. Barbarius, ff. de offi. præ. Aut loquimur de instr̃is cõfectis post dãnationẽ notarij; & sic non valent, vt l. si aliquid, C. de suscep. præpo & archa. li. 10. facit tex. in l. si quis ex argentarijs. §. sed si omnes, ff. de eden. Bart. tamen in l. eadem l. ff. ad leg. Iul. repe. limitat verum, qñ notarius fuit dãnatus propter falsitatem cõmissam in officio tabellionatus, & sic loquitur, d. l. si aliquid; secus, si aliàs fuisset dãnatus de falso cõmisso ex alia causa extra officium tabellionatus, sicut in quodã consilio ipse Bart. cõsuluit ꝓ quodã notario dãnato, qa extraxerat duas chartas de libro cõitatis valebant eius instrumẽta, licèt sit infamis effectus. [c] Et hoc verũ, dummodò illud officium non habeat in se dignitatem, vt quia est notarius principis. l. 1. C. de mand. prin. vel salarium de publico, vt quia est notari⁹ in banco, quia tunc non valerent; aliàs sic. [d]

13 Vtrum instrumentũ factum a notario non dãnato, quod hẽt diuersa capitula, sit falsum, si falsitatẽ habet in vno capitulo? Res. Pan. vbi s. ꝙ aut falsitas prouenit ex vitio notarij, & tunc aut concernit substantialia instr̃i, puta quia in indictione, aut die; & tunc totum corruit, [e] vt no. in c. inter, de fi. instru. & in authẽ. vt ꝑpo. no. impera. circa prin. Aut concernit substantialia negotij, & tunc distingue, aut capitula sũt connexa; & tũc totum reprobatur. Aut non sunt connexa, [f] sed separata, [g] & sic solũ illud capitulũ falsum reprobatur. Et sic limitat Bar. in l. si ex falsis, in fi C. de transatio. q tenet, ꝙ qñ venit ex vitio notarij, totũ corruit, qđ Inn. ẽt tenet. Si verò falsitas ẽ circa extrinseca, vt qa scripsit ꝯtrahentes eẽ cõsanguineos vł aliqđ aliud, qđ nõ facit ad negotiũ, licet hoc sit falsum, nõ reprobatur ꝑ hoc instrumentũ, qa hoc non est vitiũ notarij. Et idẽ dic. in teste. Et idẽ voluit Inn. ĩ d. c. fraternitatis, vide gl. in d. l. si ex falsis, in ver. firmis.

FAMA est illesæ dignitatis status legibus & moribus comprobatus. [h] l. cognitionum numerus. §. existimatio, ff. de var. & extraor. co. & in gl. c. vestra, de coha. cle. & mulie.

1 Vtrum fama sit defendenda? Res. ſm gl. [i] in c. senti. 11. q. 3 ꝙ aut sumus inter tales, q parati sũt imitari; & sic peccat mortaliter

liter

a Puniri in duplum] Diuersæ tamen pœnæ ponunt in d. l. Annonam. Pro falsantibus mensuras imponitur vna pœna, pro falsantibus pondera alia. Et non potest reddi ratio diuersitatis, sed iudex bonus arbitrabitur secundum modum delicti. Et potest imponere, quam pœnã vult ꝗ expressis in iure, & etiã mitigare ex statutis municipalibus impositã, ar. l. quoties, ff. de acti. & obliga. l. qd ergo. §. pœna grauior, Et ibi Bart. ff. de infamibus.

b Postea damnetur.] Licet non fuisset pronuntiatus condẽnatus, tamen si inter nos iã habebatur, Instrumẽta non valẽt: Ita Bal. in l. in exercendis, pen col. de fid. instr.

c Infamis effect⁹.] Vide ad hoc Bal. in l. in exercendis, C. de fid. instru. Qui dicit, ꝙ cõdemnatus ꝗ falso, vel de hęresi, vł l. Iulia repetundarum, vel q: ꝯ ordinatiões legis facit officium, vel propter aliquod crimen, propter quod ꝑdit publicam autoritatem, tunc priuatur officio; vide Bartolus. in l. si ideo ꝯ empto. ff. de euic. fallit. nisi in officio post condẽnationem fuerit toleratus, quia tunc non vitiant instrumẽta cõfecta post cõdẽnat. vt no. glo. in authẽ. de tabel. §. si verò, vel nisi priuatus fuerit a confectionis certorum instrumẽtorum, quia alia bene tunc posset facere; Bar. in d. l. eadem lege, Et ibi vide. in addit. Alexander.

d Aliàs sic] Maximè si in officio toleratus est, de excommunicato vide gloss. in c. decernimus, de sen. ten. excommunicatio. lib 6.

e Totum corruit] sicut dicimus in teste, vt si aliquã falsitatem adijciat testimõio suo, dictũ eius in totũ reprobatur, quia reperitur periurus. 3. q. 6. 9. puta; sic in notario, q est quidam testis l. Domicius Labeo, ff ꝗ testa. Et idem esset, si falsitas esset circa circunstãtias, vt debebat scribere quòd Titi⁹ debebat decem & scripsit viginti.

f Sunt cõnexa] Puta quòd Titi⁹ promittit vnum fundum, & vnum equum, Et falsũ est de equo.

g Sed separata]. Quia est in instrumento contractus emptionis, & in eodem contractus locationis.

h Cõprobatus] Et in nullo diminutus, vt in tex. illo, & sic allegatur in d. gloss.

i Respon. secundum gloss.] Et gloss. in capitu. iubemus, de consecrat. distinctione. prima. §. cor-

a §. tormenta] Alias in. §. plurimum, vbi distinguit duplicē esse famā, vnā ē hominis; & si est bona, vr fama; si mala, dicitur infamia Et de ista ppriè loquit. d. §. existimatio, & totus ti. ff. & C. de his, q not. infa. Alia ē fama īter homines; & ista est duplex. Quedā de vno homine in genere bonitatis vel malitię, qñ scilicet est fama, φ ē bonus, vel malus; Et de ista loqtur. d. §. tormēta alias plurimū, & l. capita. liū. §. famosos, ff. de pę. & l uō omnis. §. a barbaris. ff. de re mili. alia est ē facto particulari. vcrū scilicet tale qd sit factū, vel nō. Et de illis duabus loqnit autor in isto. §. & procedit d. diffinitio, q̄ quam Bart. ibi aliter diffiniat, licet in idē redeat.
b In capitu. cū oporteat] Glo. nihil dicit. Sed Pan. quærit. Nunquid delegatus, cui simpliciter ē commissa inquisitio, tenetur primò inquirere de fama; de quo etiam vide Fulg. cōsil. 107. & Areti. tracta. maleficiorum in ver. fama publica.
c In l. diuo Marco] Vide glo in l. decurionum, notat illam legē ī Pilatū &c.
d Panor. in cap. veniēs.] Ibi Pa. in 4. col. ver. Et faciunt pro hoc, refert Inno. in c. cum oporteat, & accus. di. φ testes deponentes super infamia debēt reddere causam sufficientem sui testimonij. Nō enim sufficit dicere, φ popul' habet illū suspectum. Hæc ille.
e Vt dicit gloss. fi.] Clarius tamē hoc dicit Pan. in c. vestra, de coha. cle. & mulier. Et idē Pan. in d. c. in quisitionis, super glo. fi. Qui dicit, φ illa maior pars itelligitur non viciniæ simpliciter, sed proborum, virorum, & non puerorum vel mulierum. D. Ille gue tamē vt ibi p eum, & p Bart. in d. §. tormenta, ver. Item ex eo ver. quæro qualiter. Et vide Ale. consi. 9c. secunda parte.
f Barto in l. fi.] Dicit, φ psūptiones, de qbus ibi, qua sufficerēt ad torturā, possunt elidi multis modis, vt ibi habes, p Pau in d. cap. tua, in 2. not. hęc omnia q̄ sunt in tex. vide Ro. cōs. 169.

liter, qui eam non defendit pro posse. Et sic intellige capit. non sunt audiendi, c. qō. & cap. nolo. 12. q. 1. & de consec. distin. 1. iubemus. Aut sumus inter tales, qui solùm parati sūt reprehendere, non imitari; & sic sufficit nobis consciētia nostra, & non tenemur defendere, & sic itellige. c. quid obest homini, cum. 5. capi. seq. 11 q. 3.

2 Quot modis lęditur fama, Et quomodo sit restituenda, vide s̄, Detractio.

3 A quibus est abstinendum propter famam conseruandam, vide infra, Scādalum. §. tertio.

4 Fama propriè est, quando tota ciuitas, vel vicinia, vel maior pars acclamat aliquid. Vel dic φ est communis locutio ex verisimilibus coniecturis surgens, vt colligitur ex no. i c. si duo. 35. q. & in c. super eo, de eo, qui co. consang. vxo. suç. & in d. cap. vestra, & ibi Abb. plenè. vnde primò oportet, φ sit ex verisimilibus coniecturis, quia aliàs propriè non est fama quoad iuris effectum, sed sunt vanę voces populi, de quo p Bart. in l. de minore. §. tormenta. [a] ff. de quæstio. per glo. fi. & ibi Abb. & docto. in ca. inquisitionis, & in c. cum oporteat, [b] de accusatio. & non sint audiendæ, vt in c. 2. de electio. & text. in l. decurionum filij, C. de pœnis. l. diuo Marco, [c] C. qui manu. non possunt. & l. si priuatus, ff. qui & a quib. vnde dicit Pan. in ca. veniens, [d] el primo de testib. quòd testis deponens de fama, debet reddere rationem, seu causam sufficientem sui testimonij. Secundò requiritur, φ sit saltem maior pars, quia, vt dicit Panor. in c. cum in tua, de spon. super glo. in ver. de fama, φ dicta paucorū non infamant. Et propterea differt fama a rumore, quia rumor est, quando aliqua pars viciniæ aliquid asserit, sed fama, quandò maior pars, vnde se habet in plus, vt dicit gloss. fin. [e] in d. cap. super eo. Pro quo not. φ nomine partis venit media pars, vt in c. 1. §. 1. de deci. lib. 6. & ibi glos. in ver. medietatem, & in l. nomen filiarum §. portionis, ff. de verb. si. Sed quando additur aliqua, tunc verificatur in qualibet minima particula, quia dictio, Aliqua, restringit. Attamē, licèt requirat maior pars ad famam faciendā, tamen ad probandum sufficiunt duo testes, vt not. gl. 2. q. 1. c. si peccauerit. §. quando, & in l. 3. ff. de testi. & not. Bar. in d. §. tormenta. Et cōtra probationem famæ admittit contraria probatio; & si secunda est clarior, ofuscatur effectus primæ. Et ideo eo casu, quo infamia sufficeret ad torturam, si probaretur per aliam partem bona fama, tolletetur pręsumptio prima, & sic probat tex. in d. c. cum in tua, & quod not. Bar. in l. fi. [f] C. de quæstio.

FAMILIA quid comprehendat? Respon. Archi. de priui. licet, lib. 6. dicit, φ triplex est familia, quædam perpetua & religiosa, vt religiosi clerici, & consimiles, & tales gaudent priuilegio conuentus, vel collegij, de statu mona. recolentes, C. loca. l. milites. Aliter tenerentur duplici iure, contra. c. cognouimus, cum similibus. 12. q. 2. & de hac loquitur c. cum

a Est alia] Quæ vocatur ppetua & mercenaria secundum Arch.
b Vt patet] Nā qñ nomen familiæ sonat in psonis, intelligit de ppinquis s̄m ordinem pximitatis,& de quibusdā affinibus in subsidium vocādis, vnde, si testator dicat, Relinquo fidei commissum familiæ intelligit de proximioribus gradatim. Sed qñ nomē familiæ sonat pro rebus, intelligit de substantia bonorum;hoc Bal. in d.l. fin.
c Non tenetur] Idē tenent Bald. Ang.Pau.de Ca. Bar.& Alex. i d. §.fin autem.Bal. in l.quod in vxorē,C.de neg. ge. Ang. in l. seruū, in prin.ff.de verbo.obl.Nisi consuetudo aliter se haberet, s̄m Ange.in d. §. finautem. allegat.l.1. C.de iu... libro 10.
d Vt pauperi] Qui non habet, vnde sibi subueniat; & poterit officium iudicis implorare contra eum.Et idem pōt facere paup contra quemcūque diuitem 47. di.sicut hi.Et maximè si sunt ep̄i, & clerici, 81. di. c.1. & 12. q. 1.c. videntes.
e Pro rata temporis]Plenè per Bar.in l.1. §. diuus,ff.de vari.& extraor.cog.vbi dicit de potestate, qui fecit præparamenta pro eundo ad ciuitatem, p qua erat electus,& nō potuit ire;vide per pulchra no. per eum etiam in d. l.si pecuniam,in principio.

olim, de arbi. est & alia, a scilicet quæ non ecclesiasticos tantū comprehendit, sed etiam laicos,sicut sunt vxor,filij,nepotes,serui,famuli, qui in eius domo ei⁹ sumptib. viuunt continuè, l.intelligitur,ff.de publi.l. 1.§.familiæ, C.ad l.Corne. de fica.l.si fortè,quę ponit, de pœ.dist.1. & de hære.c. filij,lib.6.in fi.& de testi.c. in literis,vbi de hoc, & 3. q.5.c.1. Et de tali intelligitur,qđ dicitur in d.c.licet, de quo vide ꝭ.interdictū. 6.§.4.est & alia familia, q̄ nec est perpetua, nec mercenaria,sicut clerici,& religiosi, & alij ecclesiastici dicuntur de familia ecclesię, de quib⁹. 16.q.6. de lapsis, est & alia, de qua in l.fi.C. de verb.si.vbi nomen familię comprehendit parētes, liberos,oēsq; propinquos, & substantiam, & libertos etiam,& patronos, necnō & seruos; & hæc significatio habet locum in fideicommissis, vt ibi patet. b

1 Ad qd tenetur paterfa. ℞. ꝙ ad duo tenet de præcepto,s.ad administrationē necessariorum ad vitam, & ad disciplinam tam verbo, quā exemplo morum, vt colligitur. 1.ad Timo.5. & ad Ephe.3.& no.in §.necesse.47.dist. aliter est peccatum mortale de sui natura, nisi excuset aliqua circunstantia,puta necessitas, & huiusmodi,vel nisi sit famulus,de quo in se.3.§.dicam,vel sit circa ea, q̄ non sunt necessaria ad salutem omissio correctionis.Et sic intellige. 13.q.4. duo ista, & q.5.non putes.

2 Sed nunquid infirmanti teneatur subuenire,qui ex mercede locauerat operas suas?℞.quoad expensas secūdùm Bar.in l.si cum dotem.§.finautem,ff.sol.mat. & in l.in rebus,ff. commo. quòd ad magnas expensas non tenetur; c quod limito verum ratione famulatus.Secus,si teneretur vt pauperi. d quo verò ad salarium Ioan.And. d.Ant. Ioan. de Imol. & Panor.in c.1.de cle.ægro. & communiter docto. tenent, ꝙ non, quia casus contingens in persona, quæ locauit operas,liberat conductorem a præstatione mercedis l.si vno.§.item cum quidam, & quod ibi no.ff.loca. & quod no.in l.in rebus. §. posunt,ff.commo.& in glo.l.fin.§.idem iuris,el 2.ff.ad l.Rho.de iac.hoc tamen limitat Pa.vbi supra, quando salariū debeť solū ratione personæ; secus, si daretur ratione aliorum etiam. vnde potestas, qui habet famulos,& iudices, quibus habet soluere,licet infirmetur, vel moriatur, tenetur nihilominus hæres; & ideo ipse potest petere,& debitores debent ei soluere;tex. est in l.si pecuniam,in prin.ff.de condi. ob cau.facit quod no.in l.diem functo, ff. de off. assess. Innoc. videtur tenere,ꝙ debeatur salarium,in c.propter sterilitatem, de loca.facit c.1.de cle.non re.lib.6.& ibi Gemi.per illum tex.dicit doctori, vel famulo non debet subtrahi salarium propter infirmitatem; allegat quod habetur in Spec. de cle.non re.§ postquam,ver. quid si mercenarius,& istud tenet Sal.in l.licet,C.loca.& pulchrè Ang.in disputatione, Exorta guerra.facit l.quæsitū,ff.de re iudi. Et hoc procedit indubitanter, vbi consuetudo sic est,quia tunc debetur, quia illud videtur actum,quod est consuetum.l.ꝙ si nolit. §. qui assidua,ff.de ædi. edic. Sed vbi consuetudo non est, tene ꝙ non debetur, nisi vt dictum est,ꝙ in casu speciali,vt C. de aduo.di.iudiciorum.l.post duos, vbi aduocato debetur salarium ex publico constitutum,licèt moriať intra annum; secus esset de salario promisso a parte, quia nō debeť nisi pro rata temporis e s̄m Bar.in d l. diē functo: similiter in l. cum habes. §. Stichus,ff.de sta.lib. vbi quando per seruum nō stat,quin seruiat, nihilominus libertatem

tẽ ꝑ hoc ꝯsequit̃, de quo dic vt ĵ. locatio. §. 15. vbi pulchrè tãgit̃ hęc materia.

3 Vtrũ cũ dñs nõ ꝑt corrigere suã familiã, vel aliquẽ ipsorũ,teneat̃ ipsũ expellere? ℞. ꝙ si nec verba, nec verbera emendant,sed subtractio necessariorũ seu expulsio corrigeret, tenet̃ expellere,ar.eorũ,q̃ not.in c.non omnis,5.q.5. si verò licentius peccaret expellẽdo,faciat quantũ põt,& licet ille nõ se corrigat,excusatur,vt patet in c.quantũlibet,& c.seq.47.dist.

4 Vtrum posit cã correctionis verberare clericos, Vide s̃.exc. 5. Casu.§.4.

5 Vtrum paterfa. teneat̃ de furto familiæ. Vide s̃.dominus.§. 4. & ĵ.obligatio. §.pen.& vltim.

6 Vtrum familia epi gaudeat priuilegio fori? ℞. Pa. in c.nullus, de foro comp. in versi.in familia, communiter tenetur ꝙ sic.

7 Vtrum familia,vel aliquis eorum teneatur reuelare delictum domini sui, requisitus, per obedientiã superioris. ℞. ꝙ non, si criminaliter,vult ꝓcedere. vt 4.q.3.c.l.Iulia,el 2. Si autẽ ciuiliter,sic credo teneat̃, qa nulla.l.repellit̃, vt not. gl.3.q.5.c. 1.in ver.parẽtes qđ credo verũ,qñ nullũ malũ sibi immineret ex hoc, aliàs secus, qa non teneor cum malo meo facere bonum proximi temporale.

8 Vtrum dño familiæ, q fecit iurare familiã de veritate dicenda,sit parendũ? ℞ ẽm Durã.aut iste dñs est truculentus, & probabiliter habetur ferus,& sic nõ tenetur,quia illicitum fuit iuramentũ.Si verò est mansuetus,& probabiliter creditur ꝙ non procedet, nisi rationabiliter, tunc distingue,ꝙ aut res,puta asportatæ, erant ad custodiã suã deputatæ,& sic sicut potest prosequi asportantem, sic & dño reuelare.Si verò nõ erant deputatę ad eius custodiã,tunc si põt,ꝓbare,tenetur dicere veritatẽ,si verò non potest probare,non debet reuelare,nisi tali,qui possit prodesse, & non obesse, & si alio mõ iurauit, non fuit licitũ iuramẽtum, nec obligatorium. Idem dicit Hug.de testib.sinodalibus,ꝙ non tenẽtur denunciare episcopo, licèt iurauerint nisi crimina, quæ possunt probare.24.q.4.quisquis [a] aliàs esset proditor.2.q.1.si peccauerit,nisi hoc faciat secretè illi,qui hẽt corriger̃ paternaliter, ar. 22.q.5.hoc vr̃ de hoc vide s̃. denũtia.§.x.

9 Vtrum obligatus procurare aliquam familiam,vel fratres alicuius domus,teneat̃ excrescente familia, vel fratibus in numero? ℞. ẽm Pau.ꝙ si familia,vel fratres habebant numerum determinatum, tũc non tenetur si aũt indeterminatum, vt sunt fratres Minores alicuius conuentus,sic tenetur,facit.c.quanto,de censibus si tamen nimis grauaretur, per iudicis officium sibi prouidebitur, [b] & sic patet, quòd quoad conscientiam non tenetur.

10 Quid si famulus cum dño non conuenit de salario? ℞. ꝙ si famulus cõueuit locare operas suas, & dñs cõducere operas ministrorum, ꝙ tenetur dño soluere vsq; ad summam,qua alios fuisset conductur, ar.l.si nõ sortem.§.libertus,ff. de con. ind. no.Arc.1.q.1.sunt nonnulli, ꝙ si fuit conductus sub mercede taxanda ad arbitriũ dñi,sic iudicio bono viri taxabitur, vt patet supra.Arbiter.§.x.quasi in fi.

FAMILIARIS [c] quis dicatur? ℞. ẽm gl. 3.q.5.in sum.ꝙ largè dicuntur omnes, qui cohabitant cum aliquo,vt in c.in literis,de testi.& c.insinuante,de of.de.eg.gl. in d.c.literis,in ver.de fam. dicit, familia-

a C.q[quis] Parũ,aut nihil facit ille textus.

b Sibi prouidebitur] Intellige, quando ista procuratio processerat ex mera liberalitate, secus,si aliquo datu,vel retẽtn fuisset inducta Nã subueniendũ est donatori, vt non teneatur cum magno grauamine suo. Vnde nõ potest conueniri vltra,quàm facere potest deducto, nè egeat,vt l. inter omnes, ff. de re iudi. q̃ rõ cessat in obligatione causata ex facto non lucratiuo Non.n.iudex debet vni consulere cum graui præiudicio alterius, vt no. in l. 4. §. hoc autem iudicium de dãn. infe. hæc inducũtur ad q.Quidam dedit furnũ, seu molendinum in emphyteusim, hoc adiecto, vt haberet,& deberet recipiens gratis coquere, vel molere pro isto donante,& familia sua. Demum excreuit multũ familia istius vltra solitum, quæritur nunquid teneatur coquere, vel molere pro oibus,aut ẽm numerũ,antiquum, dic de iure ꝙ sic per limitationẽ Inn.statim s̃. posita. Et hoc tenet Pa.in d.c.quãto, ꝯ Fe.Pe.& Ab.similiter dic, si qs dedisset certũ p. ciũ,qa priorum, &c. Nunqd autẽ q tenetur procurare dñm,tenetur ꝓcurare seruitores,tex.in d.c.q̃to,facit ꝙ sic,sed ꝯ est tex.in ca.licet,đ pri.li.6. Tu vide Old.cõs.11.

c Familiares epi quales eẽ debeãt Cõ.Tri.ses.2.e.1. qñ ab illis ordinari possint, 24. ca.9. Redirib. ecclesiarũ nõ augẽ di.25 c.1.de ref. Familiaritas cardinaliũ quos nõ eximat ab ordinarij iurisdictiõe. 24.c.11.da ref.familiariũ priuilegio q gaudeant, ibid. Adde rept. inq.cũ ann.P.V.

res appellantur consangui nei, colonus, ascripticius, mercenarius, filius in potestate, libertus, seru°, & omnes habitãtes in domo. Domestici verò sunt, quib. ratione patriæ potestatis, vel dominicæ imperari potest, vide glo. in ver. domestica, in l. præsenti. §. fanè. C. de his, qui ad ecclesias confu. quando enim dicitur, familiares, domestici, intelligũtur omnes, qui in expensis alicuius commensales continuè existunt, etiam si aliquando abesse pro eius negocijs gerendis contingat, vt no. in c. fi. de ver. si. lib. 6. vbi bonus tex. & in his locis tractatur de familiarib. & domesticis, quãdo repelluntur a testamento &c.

FAMILIARITAS [a] cum mulierib⁹ phibetur ecclesiasticis. 32. di. interdixit & duobus c. se. 34. di. quorundam. 81. di. clericus, cũ multis seq. 18. q. 2. cognouimus, de coha. cle. & mu. p totum vide supra, clericus. 5. imò vt dicit Hier. in c. hospitiolũ tuum. 32. dist. non potest dignè cum deo habitare, qui fœminarum accessibus delectatur. Familiaritas nimia parit contẽptũ, ꝙ Iudęis, &c. si Iudęos

FATVM [b] q credit, mortaliter peccat. 26. q. 7. non obseruetis. [c]

FAVERE peruersis, idẽ est, ac si ipse faceret. 11. q. 3. qui consentit. 83. di. nemo, & c. se. 23. q. 4. si quis. [d]

FAVTOR quis dicatur, vide infra, hæretic⁹. §. 24.

FOEMINA non debet tõsari ẽt causa religionis. c. vxoratus, in fi. de conuer. coniuga. Et intelligitur nõ solum de tonsura, quæ dicitur clerica, sed etiam de rasura, quæ fit per abscisionem capillorum vsque ad aures facit. 30. di. quæcunque mulier, & 20. q. 2. ca 1. & cle. attendentes, de sta. regula gl. tamen in d. Cle. vř tenere, ꝙ consuetudo contraria [e] excusat, & ꝙ ca. q̃cunque mulier, intelligit de illa, quę vult remanere in fœculo, nolens religioni deseruire, sed mundialiter viuere, & placet, peccat ergo mortaliter [f] talis tonsurans se, cum in d. c. quęcunque mulier, fit excommunicanda, quod etiam intellige, nisi ex necessitate hoc faceret.

1 Quare fœmina citius pubescit? Resp. glo. in l. 2. in verbo, octauum, C. de his, qui ve. æta. impe. quia mala hærba cito crescit, sed est alia ratio, quam reddunt doc. in c. literas, de despõs. impu. s. quia sexus mulieris est debilior, & citius deficit, & ideo citius perficitur sicut in alijs videmus.

2 Quæ sunt illa, quę mulier non potest exercere? ℞. multa, non potest prædicare, nec docere publicè, 23. di. mulier, idem habet. 33. q. 5. mulierem, nec confessiones audire, nec alijs benedicere, vt in c. noua, de pœ. & re. vbi pulchrè text. & gl. ordinaria. Item nec tangere sacra vasa. 23. dist. sacratas, nec sacratas pallas contingere, nec incẽsum circa altaria deferre, vt in d. ca. sacratas. Item nec actum alicuius ordinis exercere, vt in d. c. noua, & in c. tanta, de exc. præl. & nor. in c. dilecta, de ma. & obed. Item nec iudicis, nec magistratus gerere officium, nisi in casibus, de quibus in gl. 15. q. 3. §. 1. nec postulare, nec procurare, nisi in propria causa

a Conc. Tri. sess. 25. c. 14. de re. P. V.
b Huc pertinere videtur canones quintus, & sextus concilij Tri. ses. 6. de iusti ficatio. & catech. in orationes domi. ver. illũ Dimitte nobis debita nostra prope fin. P. V.
c Non obseruetis] Loquitur de fato, secundum ꝙ accipiunt mathematici. Nam dicunt fatum est ius dispositionis siderum in natiuitate, vel conceptione alicuius, vel secundum vsum loquẽdi, Fatum dicitur hic pro fatali dispositione, qua & omnia à casu, fortuna ve euenire dicunt. Secus tamen, si accipiat fatum catholicè de quo per Boe. 4. de consola. Et tractat Aug plenè. 5. de ciu. Dei. Euse. etiam de p para. Euang. Au. Gel. 5. noctium Atticarum recitat Chrysippum stoicum fatũ diffinientẽ vide ibi.
d Si quis] Meli⁹ facit c. qui aliorum, vbi tex. no. 24. quæst. 3.
e Consuetudo cõtraria] Gl. illa in ver. & cornutis, loquitur de monialibus, nam dicit, ꝙ cõsuetudo est, quod tonsoretur, quamquã nullo iure caueatur, sed de mulieribus sęcularib⁹ fortè non excusaret consuetudo, cũ subiectionis velamen auferatur secũdùm Abb. in d. c. vxo. ratus, pen not. Dum autem sub dit hic, Peccat ergo mortaliter, loquit ꝺ sęcularib.
f Peccat ergo mortaliter] Volunt aliqui, vt Rosel. ꝙ non sit peccatum mortale, si facit ex leuitate, & fatuitate, secus, si ex superstitione, vel in cõtemptum significationis illius, quod significat coma, s. subiectionem viri, nã bene tunc peccat mortaliter, & hoc no. tex. dicti c. quæcũque, ibi, resoluens ius subiectionis, & ibi Arc. põderat verbum, subiectionis, plus dicit Rol. quod etiã se totam decaluaret mulier ex leuitate, & fatuitate, licèt alijs esset inderisum, ꝙ nõ peccaret mortaliter, licèt malè faceret. Vulę ergo requiri cõtemptus, vel superstitio. Sed contra eum est dictum Pa. hic in tex. relatum s. ꝙ prohibetur mulier se consurare etiam causa religionis, & sic propter bonum, ergo multò magis si propter leuitatem, dic quòd fortè leuitas excusat.

causa,& suorum, vt not.in l.fœminæ.ff.de re.iur.& 3.q.7.§.tria.15.q.3.§.1. Item nec testis esse,de quo dic. vt infra Testis.§.5.nec personaliter posset trahi ad iudicium causa ferendi testimonium, aut alia qualibet causa, quæ in iure non exprimitur contra eius volũtaté,& si est religiosa, non potest,& si vult,trahi ad iudicium ex quauis causa p̃sonaliter.c.mulieres,de iu.l.b. 6.Item nec viri habitu vti sub pœna anathematis.30.di.si qua mulier.Itẽ nec accusare,nisi in certis casibus,de quibus.15.q. 3.c.1.in text.& in glo.in ver.anti qui. Item non potest se obligare, seu propriam substãtiam pro debito viri, nisi creditum sit conuersum in suam vtilitatem, vt in aut. vt nul.iu.§.& illud not.Itẽ non debet incarcerari, vel detrudi pro aliquo debito, vt ibidem.

FOENVS [a] est vsura,sed differt in hoc ab vsura, quia vsura est lucrũ de capitali acceptum, fœnus verò est lucrum de vsura, vnde græcism⁹,est vsura suos cum quis tradit mihi nummos,Sæpe lucri,fœnus duplex vsura vocatur,quod quidem fœnus improbum exercentes sunt infames.l.improbum,C.ex qui. cau. infa.ir.De quo dic vt infra. Vsura,quia communiter vnum pro altero accipitur, vt in d.l.improbum.

FERIAE dicuntur, quia præstant vacationem ab his,quę fiunt in foro iudicia li,& operibus seruilibus, quarum aliquæ sunt ob reuerentiam Dei introductæ,vt in c.conquestus de ferijs,& C.eo.ti.l. dies festos,& de cons.dist.3.in principio.Aliæ sũt ob reuerentiam principis,vel ciuitatis, vt dies natiuitatis suæ, vel dies principij de imperio.C.eod titu.l.omnes, aliæ sunt ad requiem laboris, vt tempus messium, & vindemiarum,de quibus in d.c.conquest⁹. & ff.eo.ti.l.1.

1 Vtrum partes possint renunciare [b] dictis ferijs?Resp.ꝙ primis & secundis non, tertijs sic,[c] vt in d.c.conquestus, & 15.q.4.in summa.

2 Vtrum nullo modo possit quis compelli ad iudicium in præfatis ferijs? Resp. ꝙ non nisi in casibus,de quibus.ff.eod. tit. l.1.& de quo in c.vl.de iud. & nisi necessitas vrgeat,puta quia res erat peritura,[d] vt exempla habes in l.1.2.& 3.ff. eod. & l.1. ff.de dam.infe.aut pietas.puta causa debilium,vel miserabilium personarum,dicto c.conquestus,quia in operibus misericordiæ [e] non est habenda distinctio dierum, arg.76.dist.vtinam,de consec.dist.quinta, nunquam,& summa ratio est,quæ pro religione facit.ff.de religio.& sumpti.fu.l. sũt personæ.

3 Festum, seu feriæ solennes,quæ in honorem Dei sunt introductæ, & in quibus abstinendum est ab operibus seruilibus, quæ sunt? Respond.sunt infrascriptæ positæ in capitul.conquestus,de ferijs.Natiuitas domini, Sancti Stephani, Sancti Ioannis Euangelistæ, Sanctorum Innocẽtium, Sancti Siluestri, Circuncisio domini,Epiphania domini, Septem dies dominicæ passionis,Resurrectio domini cum.7.diebus sequenti.Pentecostes cum duobus sequen.Natiuitas Beati Ioann. Baptistæ,Sanctorum.12.Apostolorum,Sancti Laurẽtij, Purificatio Mariæ Virginis, Annunciatio eius, assumptio eiusdem, & Natiuitas ipsius, Dedicatio Sancti Michaelis Archangeli, Festum omnium Sanctorum, Dies dominici, Omnes alij dies, quos episcopi in suis diœcesibus cum clero, & populo duxerint celebrandos,In cap. pronunciandum,de consecr.distinctio. 3. vbi præfatæ solennitates ponuntur, adduntur etiã tres dies rogationum, [f] dedicatio cuiuscunque oratorij,[g] Festum Sancti Martini Pontificis,& confessoris in c. crucis d. nostri, de cons.distin.4.ponitur festum Inuentionis Sanctæ Crucis in Cle.si dominum, de reli. & ve. san.ponitur festum Corporis

a Catec in præceptum Nõ furtum facies, in c. verũ huius. P.V.

b Renunciare] Pa.in c.fi.eo. tit. 4.col.versic. Sed quæro, plenè examinat.

c Tertijs sic]Habetur clarius in d.l.1.ff. eo.

d Peritura]Sufficit in actione, quæ est peritura litis cõtestatio.

e Misericordię] De hoc latè per Pa. in c.conquestus,eodem titu. 3.col.vide Bald. con 498.Ale.cõ. 130. 3.parte.

f Rogationum] Non tamen festã tur. Et sic est cõsuetudo, vt refert Abb. in d c. cõquestus. 2.col. Et dicit se respõdisse in q. facti. Lap. tamen alle. 90. tenet, ꝙ sunt in præcepto. Idẽ Hos.in d.c.cõquestus,& Arc.in ca. rogationes, de conse. dist. 3. sed Io.And.dicit ecclesiam hoc non seruare Idẽ Spe. ti.de ferijs.Tu tene,ꝙ nõ seruant.

g Oratorij] Intellige de clericis ibi inhabitãtibus,sed de consuetudine nõ seruatur,secundũm d An.& Pa. in d. c.conquestus.

Christi. Adde secūdum Io. And. quem sequitur d. An. & etiam Pa. in d.c. conquestus, cum non reprobet, [a] festa quatuor doctorum ecclesiæ, sed in istis & omnib. alijs prædictis standum est consuetudini, s͡m Hosti. & Pa. in d.c. conquestus, similiter de festo S. Bartholomæi quoad diem, In quo fiat. c. consilium, de obser. ieiu. vnde hodie dies passionis, & septimana resurrectionis, & dedicationis oratorij, & quatuor doctorum & euangelistarum non seruantur. Sed limita, vt videlicet intelligamus, ꝙ cōsuetudo deroget præfaris festiuitatib[9], dummodo non sit dominicus dies, vel eo maior, sicut est festum Natiuitatis domini, Resurrectionis, Ascēsionis, Pētecostes, & Epiphaniæ, vt in c. licet, de ferijs, dicitur in gl. quā sequunē doc. vbi addit Ioā. An. assumptionem virginis gloriosæ, ar. c. fi. de sen. ex. li. 6. q̄a non credo valere ꝯsuetudinē in contrariū, cū videantur quasi iuris diuini, vt patet in d.c. licet.

4 Vtrum consuetudo possit aliás a præfatis festiuitates introducere, ita, ꝙ de ꝑcepto teneamur ad illā? ℞. q̄d sic, sicut potest facere aliam legem, & quando sit, vide supra, ꝯsuetudo. S. 2.

5 Vtrum Episcopus cum clero solùm possit indicere festum? ℞ ꝙ non, sed oportet ꝙ faciat cum populo, vt supra patet.

6 Festum [b] immaculatæ ꝯceptionis gloriosæ Virginis matris Dei Mariæ, licèt ecclesia Romana antiquitus non celebrauerit vt patet ꝑ Th. in 3. par. q. 27. & ꝑ san. Bo. in 3. di. 3. & per glos. de cons. di. 3. [c] in c. pronunciādum, quia eius puritas non dum erat reuelata, tamē hodie de ipsa conceptione facit solenne officium, & festū cū largitione indulgentiarū, quæ ī festo Corporis Christi sunt datæ illis, qui intersunt diuinis, & hoc ꝓpter multa miracula, per q̄ manifestum est, ꝙ sine peccato originali fuit concepta. Et ideo hodie ad euitanda scandala præcipitur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, a qua nō possit absolui nisi à Romano Pontifice præter quám in mortis articulo, omnibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis fuerit nè de cętero ausu temerario præsumat in sermonibus ad populum, seu aliàs quomodolibet affirmare, ꝙ tenentes virginem esse præseruatam a peccato originali in sua conceptione, polluantur labe hæresis, vel mortalis p̄cti, vel festū eiusdem conceptionis celebrantes, neque tenere libros, vel legere, aut habere ꝓ veris hoc continentes, simili quæ pœna ēt ligantur, qui ausi fuerint asserere, ꝙ ꝯ̄riā opinionem tenentes, f. ꝙ sit concepta in peccato originali, incurrant hæresim, vel mortale peccatum, hæc habentur in extrauag. Sixti quarti, quæ incipit, graue nimis.

7 Quid de istis festis Sancti Antonij, Sancti Nicolai, Sanctæ Catherinæ, & hmōi, q̄ ex consuetudine celebrantur, ignoratur, tn̄, an ex tali consuetudine sint introducta, quæ habeat vim legis præceptiuæ? ℞. ꝙ nō credo peccare mortaliter non seruātes, nisi esset scandalum, ratio, quia non sunt introducta vt de præcepto, sed ex deuotione vbi autem esset scandalum, sic ibi est ꝯsuetudo obligatoria, ex quo tandiu est, ꝙ est præscripta, & reputatur obligatoria.

8 Quando incipit dies festus, Vide supra Dies, in princ.

9 A quibus est abstinen̄. [d] diebus festiuis ꝑdictis? ℞. ꝙ ab oi ope seruili, nō solū peccati, sed etiam mechanicis, vt agricultura, vt dicitur in c. licet, de ferijs. Pro cuius intelligentia est notan̄. s͡m Ric. in 3. di. 37. ar. 3. q. 4. ꝙ opus seruile dicitur tripliciter. Aliq̄n materialiter solū, sed formaliter liberum

a Cum non reprobet] Imò ad hoc allegat cap. vnicum, de reliqui. & ven. sancto. & inducit, ꝙ sunt in præcepto, quia mandātur festiuari sub duplici officio, tn̄ dicit de cōsuetudine malè custodiri. Idem dic de festo Sācti Lucæ, & Sancti Marci, ꝙ standum est consuetudini.

b Edidit, ni fallor, hac d̄ re Pi[9] V. Pon. max. constitutionē. P. V.

c Per gl de conse. dist. 3.] In ver. Natiuitatis, & Spec. ti. de ferijs, in prin. di. Virginē Mariā fuisse ī peccato conceptam Pa. tamē & moderni in c. fi. de ferijs tenent Virginem Mariā nullam maculā originalem contraxisse, & bene, & ita est tenen̄. q̄a sic totus mundus tenet exceptis paucis.

c Adde S. Syno. Tri. declarationē sess. 5. de peccato ori. in ver. postremo. P. V.

d A quibus est abstinēdum] Ri. in 3. di. 37. ar. 2. dicit, ꝙ exercentes hastiludia diebus festiuis peccant mortaliter, cum simili ratione videantur ꝓhibita, sicut torneamenta ꝑ rōnes. ca 1. de tor. vñ mortes hominū, & aiarum periculum sæpe ꝓueniunt, & tales ibidem morientes in cęmeterio non sunt tumulandi, Ros. sepultura. 4. post principi. Et idem dicit Arch. Flo secundę par. tit. 3. c. 7. §. de spectaculis, de aspicientibus hastiludia, vel alia spectacula illicita in diebus festiuis, ꝙ peccāt mortaliter.

a Necessitas operis] vel collectio grani pp pluuiã imminentem, & aliarum frugum hmõi. vide infra. §.35.no tñ, ꝙ qñ ex necessitate qs incẽdit circa op⁹ seruile, debet in recompensationem facere aliq̃ eleemosinã, text. est in d.c.licet.& ibi Abb. in vlti. notabili.

rum, vt verbi gratia scribere, non pp tpale lucrũ, sed ad ædificationẽ animarum pp diuinum cultum, & huiusmodi, & istud nõ ꝓhibetur, imo conceditur, vt patet in d.c.conquestus, vbi cã pietatis, quæ aliàs prohibentur, ꝑmittuntur facit l. diuus, ff. de ferijs, vbi ea q̃ faciunt ad disciplinam militarem, possunt peragi diebus feriatis. Secundò dicit opus seruile formaliter solum, materialiter, autem liberum est, vtputa cũ aduocat⁹ cogitat de his, q̃ die crastina debet proponere propter lucrum temporale, rusticus de aratione terræ, & ordinatione boum, & licèt ab isto abstinere debeamus in dieb⁹ festis, non tamẽ astringimur de præcepto, vnde non peccat mortaliter talia faciens, nisi per hoc opus excludatur illa vacatio, quam debet cultui diuino ex necessitate, quam explicabo in se.q.quæ sit. Tertiò dicitur opus seruile materialiter, & formaliter, seu finaliter & hoc est omne opus corporale ordinatum sicut ad proprium, & ꝓximũ finẽ ad bonũ corporis tpale, seu ad lucrum, & istud est illud, ꝙ ꝓhibetur de ꝑcepto dieb. festiuis, vñ sp peccat mortaliter ipsum, faciẽs nisi excuset pp istorũ.4. vnũ. sm F. de Ma. in tra. de decem ꝑceptis. Primũ operis modicitas, seu paucitas, q̃ nõ impedit spũs libertatẽ. Secundũ necessitas operis, a q̃ non possit ꝑueniri commodè, nec differri, vt decoctio ciborũ ꝓ illo die, vel necessitas coactionis, q̃ faciunt dñi, aliter eorũ bona præscriberent facit. c. licet, de ferijs. Tertiũ cordis pietas, vt in c. ꝯquestus, de fe. vt s. dictũ est. Quartũ publica vtilitas vtpote ꝓ pace, & ꝯcordia, pro ponte, & huiusmodi, q̃ ẽt sunt pia, quodlibet.n. istorum excusat, ꝙ non sit mortale saltẽ laborare in diebus festiuis. Ex quibus patet, quid tenẽdum sit de multis quæstionibus, quæ reducuntur ad infrascriptas, q.24.

10 Prima de mulieribus, quæ aliqua puncta ponunt, vel scopant domum, vel de illo, qui vendit vnã solã rem, vel qui putat ramum, facit coquinã, itinerat modicũ, & hmõi, ꝙ non peccant mortaliter propter modicitatem operis, ratio, quia secundùm S. Bon. in 3. dist. 37. super literam, & communiter Theolo. ratio prohibitionis operũ est, vt vacem⁹ Deo, & quia ista modica non impediunt vacationem prædictam, licèt aliqualiter minuant, ideo non est peccatum mortale talia facere, nisi quis talibus per notabile tẽpus occuparetur, vel vsque ad vltimam defatigationem, quod quidem arbitrio boni viri relinquendum est, vt attẽdat, si ratio legis euacuatur, vel non, sed solùm minuatur, faciunt ad hęc quę no. in c. intelligentia, de verb. sig.

11 Secunda de carnificibus, qui per notabile tempus occupantur, quia si faciunt pp necessitatem, quam nec præuenire possũt, puta quia æstas est, vel sunt plura festa, excusantur, aliàs non.

12 Tertia de tabernarijs, qui si faciunt ꝓpter necessitatem, excusantur, secus, si ad ebrietatem, ad ludum, & huiusmodi, & idem dic de hospitibus.

13 Quarta de his, qui panem, hærbas, fructus, & huiusmodi vendunt, quia si faciũt pro necessitate diei festi, excusantur, aliàs non, sicut qui vendunt multa, quæ sunt solum ad gulositatem, nisi esset modicitas distractionis, sicut est in his, qui vẽdunt cãdelas, & canistria inzucherata, & huiusmodi, in quibus nó oportet facere precia, sed quilibet scit, ꝙ tãtum habet soluere, & sic soluit, & accipit, pro quo soluit sine alio strepitu, quia in modico distrahitur.

14 Quinta de medicis, minutoribus, aromatarijs, & huiusmodi, de quo dic ꝙ licet, quia medicinalia sunt necessaria.

15 Sexta de cursoribus, & mulionibus, q sine necessitate magna differre non pñt, & alijs viatoribus & conductoribus rerũ, & dic ꝙ excusantur. Itinera io tamen non sic strictè prohibetur, quia potest quis ẽt itinerando intendere Deo, & ideo nisi sit vsque ad vltimam fatigationem, non credo sit prohibita, vel cum omissione diuinorũ.

16 Septima de ferratoribus equorum dic, ꝙ excusantur, quia sicut illi necesse habẽt ambulare, sic istis licet principaliter propter necessitatem eorum, quibus seruiũt, quanuis lucrum habeant.

17 Octaua de facientib. vitra, similiter de tinctoribus, & coctoribus laterum, qui dicuntur

Si inuocauit dæmones, vel fecit aliquod pactum cum eis, vide, sors. S. 3.

Si vsus est necromantia, acromantia, & huiusmodi, Vide ibidem.

Si vsus est sortibus, vel incantationibus ad sciendum occulta, vel furta, & huiusmodi, Vide ibidem.

Si voluit scire futurum per vanam inspectionem creaturę, Ibidem.

Si qn̄ obuiauit lepori, vel alteri animali,

credidit

credidit præsagium alicuius futuri, Ibidē.
Si qñ mulier prægnans petit ignē, & huiusmodi, & vtitur ad sciē. futura, vide ibi.
Si vsus est literis, punctis astrolabio, aptione libri, & hmôi ad scien. futura, Ibidē.
Si obseruauit somnia, vt diuinaret, Ibidem. §. 5.
Si voluit colere deum secundùm ritum Iudæorum, Vide, superstitio. §. 1.
Si vsus fuit ligaminibus, aut characteribus p sanitate danda, Vide, superstitio. §. t.
Si fecit anulum, quando legitur passio Christi, vel charactere in tali die, & huiusmodi, Vide ibidem. §. 2.
Si vsus fuit arte notoria, vel eam didicit Vide ibidem. §. 3.
Si vsus est herbis contra dæmones, Vide ibidem. §. 6.
Si vsus est breuibus ligandis ad collum, vel portandis, Ibidem. §. 7.
Si incantauit animalia, Ibidem. §. 8.
Si carminauit infirmos, Ibi. §. 9.
Si dixit, vel fecit dici missas, vel psalmos vt quis moreretur, Ibid. §. 10.
Si colligendo herbas obseruauit aliqua vana, Ibi. §. 11.
Si aliquod fecit, vt sciret infortuniū alicuius, Ibidem. §. 12.
Si per maleficium destruxit aliud malū Ibidem. §. 13.
Si credidit fœminas ire de nocte, vel cōuerti in cattas, & huiusmodi, Ibid. §. 14.
Si habet libros de pdictis sortilegijs, vel supstitionib. tenetur eos comburere, aliàs non est absoluēd⁹, vt supra, Curiositas. §. 1.
Si obseruauit dies Aegyptiacos, Vide superstitio. §. vltimo.
Si dedit poculū, vt amaretur ab aliquo, vř mortale, quia oino superstitione vtitur.
Si credidit, ꝙ ex constellatione cogat qs ad bonum, vel ad malum, vide sors. §. 3.
Si vsus est sacramentis, vel sacramentalibus pro danda sanitate, & huiusmodi, vide sacramentum. §. vl.
Si acceptauit duellū, vel obtulit, vel fuit causa, vt fieret, Vide duellum.
Si accepit ferrū cādēs, vel dedit pro manifestanda veritate, vide, Purgatio, in prin.
Si est hæreticus, vel fautor hæreticorū, Vide, hæreticus, in prin. & per totum.
Si fuit dubius in fide, vide, hereticus, in principio, & Infidelitas. §. 10.
Si apostatauit a fide, vide aposta. in prin.
Si fecit actum infidelitatis timore mortis, Ibidem. §. penul.
Si portauit vestes infidelium, ibidem, scilicet apostata. §. vlt. & infidelitas. §. 10.
Si nimiam practicam habet cum Iudęis vide Iudæus. §. 1.
Si balneum intrauit cum Iudæis, vide Balneum. §. 3. & Iudæus. §. 8.

§. Circa 2. præceptum. Non assumes nomen &c. quomodo intelligatur, habes præceptum §. 4. ex cuius expositione sic forma bis interrogationes.

Si vota facta nō ipleuit, vel deliberauit non iplere, cū posset & teneretur, peccauit mortaliter, & qñ teneať, vel non, vide Votū primò, p totū, & Votum. 3. per totum.
Si assensit impedimento non implendi votum, Vide, votum. 2. §. 12.
Si facta vota sine determinatione tēporis nimis tardauit, Votum. 3. §. 2.
Si in casu, quando obligatur ad vota parentum, non ea impleuit, & quando sit, vide, Votum. 3. §. 8.
Si impetrauit dispensationem voti sine causa legitima, Vide, votum. 4. §. 10. & 11.
Si fecit votum sciens, ꝙ vouere non poterat, vide, votū. 2. §. 9. & q nō pñt, hēs ibi.
Si fecit votum de re mala fienda, quæ sit mortale peccatum peccauit mortaliter vouēdo, & tenetur facere contrarium, secus esset de re peccati venialis, & quomodo non obligat, Vide, votum. 1. §. 3. & 5. & facit ad hoc, quod no. in c. periurium §. 1.
Si fecit votū de re bona sed propter malum finem, vide, votum. 1. §. 3.
Si apostatauit ab aliqua religione, vel ordine, vide, Apostasia. §. 2. per totum.
Si blasphemauit deū, vel scōs, vide blasphemia, & quot modis blasphemetur, ibi.
Si maledixit deum, vel sanctos, vide, Maledictio. §. 1.
Si nominauit Deum, vel sanctos opprobriosè, vel per membra verecunda aduertenter, peccauit mortaliter etiam si fecit ex ioco, quia contra præceptum prædictum directè, infra, iuramentum. 3. §. 12.
Si sacris ecclesiæ fecit aliquod enorme, puta conculcando, vel huiusmodi, quia mortale est contra præceptum prædictum.

Si sacramenta recepit, vel administrauit in peccato mortali, mortale peccatum est, nisi in casu, de quo, baptismus. 5. S. 10.

Si iurauit falsum, quod credebat verũ, vide, Periurium, in prin.

Si iurauit verum, cum tamen crederet dicere falsum Ibidem.

Si iurauit falsum sciens se mendacium iurare, Ibidem.

Si iurauit aliquod malum se facturum, ibidem. S. 1. & Iuramentum. 3. S. 7. & Iuramentum. 5. S. 1.

Si iurauit in cõi sermone sine debita discretione, ibidem. S. 2. & iuramẽtum. S. 10.

Si iuramento affirmauit id, de quo dubitabat, vide Periurium. S. 3.

Si iurauit per verbum, credo, quod tamen non credebat, Ibidem. S. 4.

Si credidit contrauenire iuramento, cũ tamen non contrafaceret. Ibid S. 5.

Si iurauit ex metu falsum, ibid. S. 7.

Si induxit aliquem ad iurandum, quem sciebat falsè iuraturum, vide Iurm. 3. S. 11.

Si iurauit vituperosè per deum, vel sanctos, Ibidem. S. 12.

Si iurauit non s'm intentionem dantis iuramentum, vide Iuramentum. 4. in princ.

Si non compleuit, quod sub iuramento promisit in casu, quo tenebatur, & quando hoc sit, habes iuramentum. 5. per totum, & quõ est mortale peccatũ non implere q iuramento promisit, habes, Periurium. S. 1.

Si fecit se absolui a iuramento sine causa legitima, vide Iuramentum. 6. per totũ, & de causa legitima, quæ sit, & quis potest absoluere a iuramento.

Si quando tenebatur orare voluntariè, se occupauit in his, quæ distrahunt mentẽ, vide, Horę S. 17.

Si simulauit sanctitatem, quam non habebat, vide, Simulatio. S. vltimo.

Si adiurauit homines, vel dęmones, aut alias creaturas, vide, Adiuratio, per totũ.

6 Circa tertium p ęceptum, sabbata sanctifices, eius expositionem habes infra, præceptum. S. 5. ex cuius declaratione sic sunt formandæ interrogationes.

Si existens corpore sanus, & non occupatus in spũalibus bonis, stetit ociosus, nec aliquid operatur tempore non festiuo, vnde viuat, vel vnde tribuat egenis, quia magnus excessus ociositatis videtur mortale peccatum, de quo vide præceptum. S. 5.

Si in diebus festiuis de præcepto non habuit, attritionẽ de peccatis mortalib. cõmissis, de qb. nõ fuit contrit', vide Feriæ. S. 41.

Si vacauit ludis, aut choreis de quo vide, Chorea per totum, & ludus per totũ.

Si non vacauit deo in dictis festis saltẽ in aliqua hora quia mortale, vt Ferię. S. 9.

Si fecit hastiludia, quia sunt prohibita quibuscunque diebus, sicut torneamẽta secundũm Ricar. in 3. di. 37. & consimili ratione, vt in c. 1. de tornea.

Si fecit opus manuale, vel fecit fieri in prædictis festis in casibus non concessis, vide, Ferię, quæ opera licent, & quæ non, & quæ sint festa præcepta, & quando est mortale opus seruile in die festo, & quando incipit festum, Vide ibidem per totum.

Si audiuit missam integrãm in prædictis diebus, vide Ibidem. S. 4

Si existens in missa occupauit se in vanis vide Horæ. S. 17. & Feriæ. S. 43.

Si audiens missam in prædictis diebus dixit orationes, quas tenebatur dicere ex voto, vel pœnitentia, aut ratione ordinis, vide Feriæ. S. 46.

Si audire prędicationem contempsit in festis, vide Ibidem S. 44.

Si non fecit oblationem in missa, ad quã tenebat, vide, Oblatio. S. 1. & q ibi notaui.

Si in diebus festiuis de præcepto commisit aliqua peccata mortalia, vide infra, præceptum. S. 5. & Feriæ. S. 36. Et quia difficilè est scire dicere, quæ peccata cõmisit in festis, & interrogare in quolibet peccato, si illud cõmisit in festo, est difficile, potes sine alio scrupulo peccatorẽ interrogare sic, Peccasti mortaliter in festis? & si dicit q sic interroga secundò, in quot festiuitatibus? Et si nescit, interroga eum, si quasi in omnibus, vel in maiori parte ipsarum, vel minori. Et tertiò interroga, si in eodẽ festo aliquũ bis, vel septies, & sæpius, & sic sufficit quò ad istam circunstautiã absque hoc, q exprimat spẽm peccati, q cõmisit, vel absq; hoc quod in quolibet peccato, quod confitetur interroges, si fecit in festo; quod bene no.

7 Circa. 4. præceptum, Honora patrem &c. cuius expositio habetur, Pręceptum. S. 8. & ex qua interroga, vt infra.

Si

Si non dilexit patrem, vel matrem, vide, Filius. §. 30.
Si non ostendit eis signa dilectionis, sed dure se habet cum eis, Ibidem.
Si dixit eis verba iniuriosa, vel verberauit, quia videtur mortale ꝑ dicta in d. §. 30.
Si non obediuit eis, vide Ibid.
Si non subuenit eis indigentibus, Ibid.
Si non seruiuit in infirmitatib⁹ eorum, vel fecit seruiri, ibid.
Si maledixit eis, vide, maledictio. §. 1.
Si non fuit executus eorum volũtates, seu legata facta post eorum mortem, vide, Executor. § 13. & 14. & Hęres. §. 5. vsq; ad. §. 12. & legatum 1. & 2. per totum.
8 Circa. 5. præceptum, non occides, vide Præceptum §. 9. ex quo sic interroga.
Si habuit animum offendendi proximum in persona vulnerando, mutilando, occidendo, & huiusmodi, Vide in d. §. 9.
Si vulnerauit, vel occidit aliquẽ, vide Ibi.
Si cõmisit homicidiũ spirituale, s. inducendo aliquẽ ad pc̃m̃ mortale, vel alijs modis de quib⁹ habes homicidiũ 4. ꝑ totũ.
Si procurauit aborsum alicuius mulieris, vide, Aborsum, per totum.
Si incarcerari fecit aliquẽ indebitè, vide, Carcer. §. 1. 2. & 3.
Si pueros tenellos tenuit iuxta se ĩ lecto, & suffocauit dormiẽdo, vide Homicidium 2. §. 15.
De multis modis, quib. fit homicidium, & cum peccato mortali, habes homicid.ũ. 1. 2. & 3. per totum.
Si aspexit spectacula, in qb⁹ imminebat periculum probabile mortis, vel mutilationis membrorum, vt torneamenta, hastiludia, & hmõi, peccauit mortaliter in duob⁹ casibus. Primò qñ tali aĩo aspexit, ꝗ ẽt si præciperetur ei, nẽ staret ad vidẽdũ, nihilominus non desisteret. Secundò quando eius aspectio est causa, vt fiant, sine qua nõ fierent. Alias est veniale peccatum de se nisi fortè ratione scandali, vt in clericis, religiosis, & huiusmodi, & de materia vide s. Curiositas. §. 1. in fin.
9 Circa. 6. præceptum, Non mœchaberis, Vide, præceptum §. 10. ex cuius expositione sic forma interrogationes.
Si fecit fornicationem, Vide ibi. in d. §. 10.
Si commisit adulterium, ibidem.
Si stuprum perpetrauit, ibidem.
Si sacrilegium operatus, est ibidem.
Si incestuosus fuit, Ibidem.
Si fuit sodomita, Ibidem.
Si alio modo per se polluit qualitercũque vide, Luxuria §. 2.
Si voluntariè cogitauit de huiusmodi peccatis propter delectationem, Ibid.

Si voluntate desiderauit aliquod ipsorũ cõmittere, ibid. Vnde hic aduerte, ꝗ toties peccat mortaliter, quoties hoc deliberatè appetit ꝑpetrare ex diuersis ĩteruallis tẽporis, vel ꝑsonarũ, puta qñ nũc desiderat vnã ꝑsonã ad malefaciendũ, postea occupat⁹ in aliquo alio alia cogitat, demũ postea iterũ recordatur de illa ꝑsona, & iterũ eam concupiscit similiter qñ nunc vnam personã & postea aliam desiderat, quia in istis casibus sunt diuersæ auersiones, aliquæ ratione tẽporis, aliæ ratione materiæ, vnde, quia in hoc peccato carnis magis sunt inuoluti homines cõiter, quàm in alio, & multum immorari in interrogatione de hmõi est periculosum & confessori, & confitenti (vt dictũ est.) Ideò vt expeditè possis, quæ sunt necessaria, pertrãsire, talẽ modũ tenebis. Si illa persona, q̃ confitetur, est persona spũalis, vel mulier, aut aliquis verecund⁹., & q non est coniugatus, præsertim puella, interrogabis eã primò si cõmisit aliquod peccatũ inhonestatis, vel luxuriæ opere, vel voluntate. Si nihil dicet, & tñ tibi videbitur ꝗ sit inuoluta in aliquo, tunc interrogabis eã de cogitationib. si delectatus est cogitare de hmõi carnalibus & inuento ꝗ sic, declara ei, qũo est peccatũ mortale, vt habes s. Cogitatio. §. 2. Postea ꝓcede, & interroga, si delectata ẽ audire loqui de hmõi, vel videre, vel tãgere se, vel aliã ꝑsonã ꝑp hmõi delectationẽ, & quoties, & si in dieb. festis magis, q̃ in alijs. Et si inueneris ꝗ talia cõmisit, potes postea iterogare, si habuit aliquã pollutionẽ ꝑp talia per se, vel cũ alia ꝑsona, vt sic ante inducas eam ad confitendum, quæ ex verecũdia fortè taceret. Si verò persona, quę confitetur, interrogata primò generaliter, si aliquod peccatum luxuriæ commisit, & respondet quòd sic, interroga, si fuit cum fœmina, vel fœmina cum masculo, & inuento ꝗ sic, interroga, si erãt soluti, vel non, si affines, vel consanguinei

si religiosus, vel religiosa, & huiusmodi, vt scias, si fuit fornicatio, vel adulterium, & huiusmodi. & inuento ꝙ huiusmodi est in uolutus, tūc non oportet iterrogare de cogitationib' morosis, quia communiter sūt in talibus deliberatæ in malum, si possibilitas adesset; ideò circa tales interrogabis. Primò de cogitationib. deliberatis in malū illud, & quia numerū difficile est, & varietatē personarum exprimere, sufficit tibi quò ad necessitatem confessionis, vt interroges', quantum perseuerauerit in talibus cogitationibus, puta a tempore, quo aliàs confessus est, quod est annus, vel plus. Secundò interroga, q̄ sepè tales cogitationes habuit, puta bis in die, vel in hebdomada, aut plus, oib. computaris, vel si fortè maiorem partē tēporis in hmōi occupauit. Tertiò interroga si sic in diebus festiuis, sicut in alijs circa pdicta vacauit, vel fortè plus in festis. Quartò iterroga, si in ecclesijs vel locis sacris eas habuit. Quintò interroga, si sic desiderauit coniugatos, religiosos, consāguineos, & hmōi, sicut alios idifferēter.

Sextò interroga, si sæpius variauit mentē de vna persona ad aliam, secundū ꝙ occurrebant memoriæ, vel magis stetit in desiderio cum vna persona. Et sic sufficit quò ad cogitationes, licèt alio modo numerū, vel tempus, aut locum exprimere nesciat. Et idem seruandum est in omnibus peccatis, quæ sæpissimè commissa sunt, præsertim quò ad quatuor prima. Postea interrogabis eū, si vt suum posset consequi desideriū malum, dedit operā in ducendo Choreas, in dando munera, in faciendo matinatas, cantando, sonando, precando, loquendo, ambasiatas mittendo, literas scribendo, & huiusmodi, & quantū se occupauit in illis, & à quanto tempore, & si diebus præcipuè festis, vel in ecclesijs, aut locis religiosis. Vel si fuit persona, cui prædicta fiebant, interroga, si consensit, vt talia fierent, vel exhibuit se conspectui talis, vel recipit literas, aut munera, & quantū tēp' pseuerauit & si in festis, vel in ecclesijs, nā faciētes, & consentientes in hmōi oēs mortaliter peccant. Et si munera sunt, quæ inducant ad amorē carnalē, cogenda est, vt pauperibus eroget. Si verò talia non sunt, non est cogēda nisi de bono consilio, si ille donare potuit, de quo habes, Donatio primò, per totum. Postea habes eum interrogare de opere luxuriæ, Et si dicit, ꝙ peccauit cum fœmina masculus, siue fœmina cum masculo, non habes quærere nisi tantùm. Primò si erāt soluti, vel coniugati, affines, vel religiosi, & hmōi, vt scias quæ species sit luxuriæ, de quo habes luxuria. §. 2. secūdò interroga, si stetit naturaliter in vase debito? si dicit ꝙ non, Noli quærere, quomodo vel in quo locò corporis cognouit eā, quia non expedit, sufficit dicat, ꝙ nō in vase debito, sed extra pollutus est, siue inceperit in vase, siue non. Tertiò interroga, si sic peccando cū tali quæsiuit euitare generationē vel stetit tali modo, quòd non posset fieri. Quartò quotiens, vel quantū perseuerauit & si in festis vt in plus, vel in ecclesia, & sufficit. si dicit, ꝙ peccatū p se polluendo seipsū voluntariè, non oportet quærere de modo, sed solū quoties, vel quantū pseuerauit, vt supra dictū est de cogitationib. Et secundò si desiderauit facere malū cū alia psona, qñ talib. dabat operam, & quæ sint illæ psonæ, s. si soluti, vel affines, & huiusmodi. si dicit, ꝙ peccauit cū alio masculo polluendo se cū eo, non oportet q̄rere de loco corporis, sed de quotiens, Festis, vel loco sacro, aut si psona erat sibi consanguinea, vel religiosa, & hmōi, & si cū diuersis psonis; & si cōsēsit pp lucrū, vel munera, consulat, vt det pauperibus taliter acqsita.

Si confitetur, ꝙ peccauit cū brutis, non oportet quærere de nomine bruti vel loco corporis, sed de quoties, & si in festo, vel ī ecclesia, Et sic ptrāsire, quod bene notabis.

Si fuit mediator peccatorum carnaliū, nam tales grauissimè deū offendunt, vt patet in c. noli, de pœ. di. 1. & tenentur, quantum possunt, taliter inductos reducere ad bonum, & sunt inducendi ad restituendū, quicquid propter hoc lucrati sunt.

Si seduxit virginem promittendo eā accipere in vxorem, & huiusmodi, vide, Stuprum, per totum.

Si habuit pollutionem dormiēdo, vide, Pollutio, per totum.

Si contraxit cum aliqua clandestinè, vide, Clandestinum.

10 Circa. 7. præceptum, Non furtū facies, cuius expositio habetur præceptum. §. 11.

vnde

vnde sic interroga.

Si fecit furtum propriè dictum, & quid sit vide Furtum, in prin. & quando sit mortale, Ibidem. S. 34.

Si commisit rapinam, quæ est, quando violẽter accepit alienum, maius peccatum commisit, quam furans, vt in ca. pœnale est. 13. q. 1.

Si res naufragantium accepit, vide naufragiũ, per totum.

Si pedagiã iniusta, vel à quib. non debuit, exegit, vide, Pedagiũ, per totum.

Si exactiones, vel tallias exegit, vide, tallia per totum.

Si bellum iniustum fecit, vel in eo fuit, vide, Bellum, per totum.

Si participauit in dando damnũ proximo operando, mandando, consulendo, consentiẽdo, adulando, receptando, defendendo, comedendo, non obuiando, tacũ habendo, non manifestãdo, & huiusmodi, de quibus habes, Furtum, in multis. SS. & Restitutio primò, per totum.

Si inuenit aliquid, quod non restituit, vide Inuenta, per totum.

Si aliqua pręscripsit mala fide vide, Pręscriptio.

si commisit vsuram, vide, Vsura primò, per totum.

si mutuauit pecuniã, vel granũ, vinũ, & huiusmodi, vt aliqd lucret, vide ibi. i prin.

si mutuauit super aliquod pignus, vt eius fructus habeat, donec pecunia sibi tradatur, vide, Pignus. S. 13.

si emit aliquid pro minori, q̃ valeret, pp prorogationem solutionis, Vsura. 1. S. 63.

si vendidit pro precio cariori propter dilationem solutionis, Ibid S. 58.

si fecit cambia sicca, & huiusmodi illicita, Ibidem S. 51. cum pluribus seq. S.

si dedit pecuniam in societate nolens scire aliq d de periculo, vide, societas. S. 7.

si dedit aialia in socidam volens habere capitale saluum, vide, societas. 2. per to.

si accepit sub vsuris sine necessitate, vel ab eo, q nõ erat parat' vide, vsura. 2. S. 2.

si accepit in dono aliq d ab eo, qui donare nõ poterat, vide donatio. 1. S 4. cum se.

si accepit à personis ecclesiasticis aliqua bona, ecclesiarum, vide, Alienatio. S. 14. & Clericus. 13. S. 2.

Si incendit ecclesias, vel fregit, aut loca religiosa, vide Excõmunicatio. 5. Casu 5. & 6. Vel alio modo fuit incendiarius, vide Incendiarius.

Si fecit cõcussionẽ cõminãdo, nisi mihi dederis. &c. vide Concussio, per totum.

Si vt haberet aliquid, consensit in aliquod op' peccati mortalis, vide, auaritia. S 2.

Si per simoniam aliquid acquisiuit, vide, Simonia, per totum, & dicã circa statũs.

11 Circa 8. pręceptum, Non dices falsum testimonium &c. cuius expositio habẽt pceptũ. S. 12. ex qua potes sic iterrogare.

Si dixit mendaciũ in iudicio, vel extra contra doctrinam Christianæ religionis, vel in damnum proximi, vide, Mendacium. S 2. & 3. &, Testis. S. 30.

Si noluit testimoniũ dicere productus in testem, vide, Testis. S. 26. & S. 27.

Si vsus fuit astutia, vide, Astutia. S. 1.

Si accepit pecuniam, vt non diceret veritatem, vide, Testis. S. 28.

12 Circa. 9. præceptum, Non concupisces domũ pximi &c. & 10. Non desiderabis vxorẽ ei', qualiter intelligãtur, habes pceptũ S 13. ex quib. potes sic interrogare.

Si voluit hr̃e res pximi sui qualitercũque siue cum iustitia, vel cum iniustitia; & deliberatè, quia pc̃m mortale est contra istud pręceptum, secus esset, si optaret hr̃e salua iustitia, q a sic vel nullũ, vel veniale esset peccatũ, vide Auaritia. S 1.

Si fuit contẽtus habere amatores, vel amatrices hmõi, de quib. dic, vt s̃ Cogitatio.

Si posuit se ad fenestras, vt videret, dic vt s. hic circa pceptum, Non mæchaberis.

13 Circa septem peccata mortalia primò interroga de superbia, & sic forma interrogationes.

Si propter inordinatum amorem excellentiæ egit aliquid contra diuina præcepta vide, Superbia, in prin. & S. 1.

Si existimauit habere bonum, quod habet a se, non a deo, vide, Superbia. S. 2.

Si bona, quæ habuit, credidit à deo sibi data propter sua merita, ibid.

Si se iactauit habere bona, quæ non habebat, Ibidem.

Si despectis alijs singulariter appetit videri habere, quod non habet, Ibidem.

Circa filias superbię iterroga primò de ambitione,

bitione, vide ambitio, quid sit, in princ.
Si desiderauit beneficia ecclesiastica principaliter propter honorem, vel bonum temporale, vide, Ambitio. §. 1.
Si appetiuit dignitatē sciēs se indignū, ibi.
Si quæsiuit dignitates per vias illicitas, Ibi.
Si emit officia, vide, Officium. §. 1.
Si mutuauit super ipsis officijs, Ibid. §. 3.
Si per partialitates quæsiuit officia, vt omni modo adiuuet ꝑ partē mortaliter peccauit, ꝓpter inordinationem voluntatis.
De 2. filia, quæ dicitur, Præsumptio, quid sit, vide, Præsūptio secūdò, in principio.
Si posuit se ad faciendum quæ erāt supra facultatem suam, vide, præsumptio.
Si exercuit officium, quod nesciebat, in periculum proximi, vide ibidem.
Si exposuit se periculis peccatorum mortaliū probabiliter, mortaliter peccauit, si aduertebat de periculo, vt patet per ea, quæ notaui, Cogitatio.
Si nimis præsumpsit de dei misericordia, vide, præsumptio.
De. 3. filia, quæ dicitur, curiositas, vide, Curiositas, quid sit, in principio.
Si stetit ad audiendum peccata, quæ aliqs confitebatur, vide, Confessio, vlti. §. 16.
Si voluit addiscere, vel videre, aut audire, quę fieri non possunt sine mortali peccato, puta fornicationes, & incātationes & huiusmodi, vide, Curiositas. §. 1.
Si voluit addiscere, a quibus non debuit, vt dæmonibus, Ibidem.
Si voluit experiri, quæ non licent, vt si incātationes habēt effectum, mortaliter peccauit, Ibidem.
Si attēdens curiosis dimittit addiscere, vel intendere necessarijs ad salutē, est mortale peccatum, Ibidem.
De. 4 filia, quæ est ingratitudo.
Si despexit beneficia, aut alterius, vide, Ingratitudo. §. 5.
Si non retribuit benefactori, ibidem.
Si benefactori iniuriatus est, ibidem.
De. 5. filia, quæ nuncupatur iudicium temerarium, quid sit, vide, Iudiciū. §. 17.
Si iudicauit in malum determinatē factū alterius, vide, Præsumptio. 1.
Si vsurpauit iudicium non habens officiū, vide, Iudicium. §. 17. quomodo multipliciter dicitur temerarium.

De. 6. filia, quæ dicitur adulatio.
Si fuit adulator alicuius de peccato perpetrato, vide, Adulatio. §. 1. & §. 5.
Si adulando prouocauit aliquem ad superbiam, vide ibid.
De. 7. filia superbiæ, quæ dicitur irrisio, & quid sit, vide, Derisio, in principio.
Si derisit proximum, vide, Derisio. §. 1.
Si derisit sacramenta, vel volentes seruire deo ibidem.
De. 8. filia, quæ est tentare deū, & quid sit, vide, Tentare deum.
Si exposuit se periculo ꝓbabili mortis sine necessitate, vide Intimiditas, tētare deū.
De. 9. filia, q̄ ē ꝑtinacia, & q̄d sit vid̄, ꝑtinax.
Si fuit nimis pertinax i suo sensu, vide ibi.
De vltima filia, quæ est arrogantia, vide, Arrogantia, quid sit.
14 Circa vanā gloriā, quę quomodo aliquando est capitale peccatum, aliquando filia superbiæ, vide, Vanagloria. 1
Si voluit laudari de eo quod est cōtra deū ibidem. §. 1.
Si prætulit gloriam suam, deo ibid.
Si ordinata ad nostram salutem retulit ad gloriam propriam, ibid.
Si constituit finē in laudē hominum, ibid.
Circa filias vanagloriæ, prout est capitale vitium, interroga primò de ornatu indebito, & quando sit indebitus, habes, Ornatus, per totum, & sic interroga.
Si mala intentione ornauit se, ibidem.
Si inhonestè, ibidem.
Si nimis superfluè ibidem.
Si nouas inuertiones adinuenit, ibid.
De inobedientia, quæ est. 2. filia. vide, Inobedientia, per totum.
De inobedientia circa præcepta ecclesiæ, sic interroga.
Si obseruauit festa pręcepta ab ecclesia, & quæ sint, habes, Feriæ. §. 2.
Si ieiunauit in vigilijs ꝑcepti, vide ieiuniū. §. 7. q̄ sunt pręcepta, cum pluribus §. seq.
Si confessus est semel in anno, vide Confessio. 2 §. 2. & 3.
Si suscepit sacramētū corporis Chri semel i anno, vide, Eucharisti. 3. i prin. & ꝑ totū.
Si audiuit missam in festis pręceptis, vide, Ferię. §. 4 2.
Si fecit torneamenta, seu consensit, vt fierent, vide, Torneamentum, per totum.

Si contraxit matrimonium clandeſtinè, vide, Clandeſtinum per totum.

Si fecit aliquod eorum, qđ prohibetur ſub pœna excõicationis latæ ſententiæ, de quo vide, Excommunicatio. 5. 6. & 7.

Si fuit excommunicatus ab aliquo, vide, Excommunicatio, vlti.

Si participauit cum excommunicatis, vide, Excommunicatio. 8. per totum.

De inobedientia certarum perſonarum, habes infra circa ſtatus.

Si fuit inobediens ſuis prælatis, vel dñis, vide, Obedientia, & vide, Inobedientia.

Si fecit ꝯ conſcientiã, vide, Cõſcientiã. §. 1.

De iactantia, quæ eſt tertia filia, vide Iactantia, in principio.

Si iactauit ſe de aliquo peccato mortali facto, vide ibidem. §. 1.

Si iactauit ſe in vituperiũ aliorum, vide ibidem, vel in deceptionẽ alicuius, ibidẽ.

De pertinacia, q̃ ponitur ab aliquibus filia ſuperbiæ, habes infra in ver. ſuperbia.

De hypocriſi, vide, Simulatio. §. 4.

Si ſimulauit ſanitatem in deceptionẽ populi, vel vt aſſequeretur prælationes, ibidẽ.

De diſcordia, quę eſt ſexta filia vanaglorię vide, Diſcordia.

Si noluit concordare cum alijs in his, quæ erant bona, pp elationem ſuam, ibidem.

De contentione, quæ eſt ſeptima filia, vide, Contentio.

Si habuit contentionem propter æmulationem alicuius, Ibidem.

Si contendit diſputãdo ꝯ veritatem, ibidẽ.

Si contendit in iudicio ꝯtra iuſtitiã, ibidẽ.

Si contendit ita inordinatè, ꝙ ſcandalũ facit aliquibus, ibidem.

Si ſubornauit aliquos in electione, vel teſtimonio, & huiuſmodi, vide, Subornatio.

Si nimis vilipendit ſe, vide, Ironia.

De aſtutia, ſi vſus ẽ ſimulatione, vide, Aſtutia.

15 Circa auaritiam, quæ eſt capitale peccatum, vide, Auaritia, in prin. quid ſit.

Et quia conſiſtit retinendo, aquirendo, & appetendo, ſic interroga.

Si retinuit qui reſtituere tenebatur, vide, Reſtitutio. 3. per totum, & quis tenetur, habes, Reſtitutio. 1.

Si non ſoluit creditoribus in termino, cum poſſet, vide, Solutio. §. 5.

Si retinuit ſuperflua, & non fecit eleemoſinas, vide, Auaritia. §. 3.

Si nõ fecit eleemoſinã de arte ſua, puta medicus pauperi infirmo, aduocatus clientulo pauperi, de quo vide, Aduocatus. §. 10. Medicus. §. 5.

De auaritia in acquirendo, vide, Auaritia. §. 2. & ſatis patet ſupra in 7. præcepto.

De auaritia in appetẽdo. Hẽs, Auaritia. §. 1.

Si appetiuit illicitè, vel illicita, vel multũ animo ſuffocato, vide ibidem.

Circa filias auaritiæ, prima eſt proditio.

Si prodidit caſtrum, vel terram inimicis, vltra mortale tenetur de omni damno.

Si prodidit res proximi volentibus eas auferre iniuſtè, vltra mortale ſimiliter tenetur ad reſtitutionem.

Si habita ſub ſigillo ſecreto, vel ꝯfeſſionis, reuelauit, hẽs, Cõfeſſio, vlti. §. 1. & §. 23.

Si aperuit literas alterius ſigillatas, vide, Falſarius. §. 2.

Si ſecreta domini ſui reuelauit in ei⁹ damnum, vltra mortale tenetur ad reſtitutionem, vide, Feudum. §. 16.

De fraude, quæ eſt. 2. filia, habes fraus.

Si fecit fraudem legi, Ibidem. §. 2. (§. 6.

Si fraudauit iuſtas gabellas, vide, Pedagiũ.

Si vẽdidit vnã rẽ pro alia, puta vinũ limphatũ pro puro, corrupta ꝓ ſanis, pecus pro caſtrato, & hmõi, habes, Emptio. §. 8.

Si aliquam fraudem fecit in deceptionem proximi, vide, Dolus. §. 9.

De fallacia, quę eſt tertia filia, habes Falſarius.

Si falſificauit aliquod inſtr̃m, bullam, vel librum, vide, Excommunicatio. 5. caſu. 3. & Falſarius. §. 1. cum ſequentibus.

Si deſtruxit inſtrumenta, vel ſcripturas, vide Falſarius. §. 3.

Si occultarit ſcripturam, vide, Reſtitutio, primo in litera, ſcripturas.

Si falſificauit ſigilla prælatorum, vide, Falſarius. §. 2.

Si falſificauit menſuras, Ibidem.

Si monetam, Ibidem. §. 4. cum ſeq.

Si ex falſa cauſa obtinuit aliquod beneficiũ eccleſiaſticum, vltra mortale tenetur renunciare, ſi aliàs non obtinuiſſet, vide, Reſcriptum. §. 3.

De inquietudine mẽtis, qua quis nimis ſollicitus eſt circa temporalia, & tunc eſt mortale peccatum, quãdo per eam quis omit-

omittit necessaria ad salutem, aliàs est veniale peccatum, vide, Inquietudo.

De violentia, quæ est. 5. filia, satis patet in 7. præcepto, & in titulo, rapina.

De immisericordia, quæ est. 6. filia, qua nō subuenit quis indigenti, habes Auaritia S. 3. &, Eleemosyna. S. 1.

De acceptione personarum, quæ est. 7. filia Habes, Acceptio personarum. Si in iudicio accepit personam, vel in distribuendis officijs, vel beneficijs per eleemosynis, vide ibidem per totum.

Si in electionibus non eligit magis dignū, vide, Electio. S. 21.

De turpi lucro, quod est. 8. filia, vide, Turpe lucrum; & tale est peccatum, quale illud, propter quod acquirit. vide infra, restitutio. 1 .in ver. turpe lucrum.

De ludo, qui prouenit aliquando ex auaritia, vide, Ludus per totum.

Si lusit ad pilā, vel aliū ludū, ī quo versatur industria, Vide, Lud⁹. S. 2. quando licet.

Si ludit ad ludū, in quo versatur fortuna, Ibidem S. 4.

Si stetit ad inspiciendum ludentes, vide ibidem. S. 6.

Prodigalitas est contraria auaritiæ, sed tamen peccatum, vide Prodigalitas.

Si superfluè expendit rē in pōpis, equis, & hmōi, notabilis excessus videtur mortalis, vt patet, Ornatus. S. 6. & ibi vide.

16 Circa luxuriā, q̄ est capitale vitium, vide, Luxuria & d̄ hoc habes s̄. 6. p̄cepto.

Circa verò filias luxurię, qua:ū. 1. ē cæcitas mentis, de qua, Cæcitas mentis, in prin.

Si ita occupatus fuit in mundanis mente, ꝙ nescit aliquid de deo intelligere, vel necessaria ad salutem, vide ibid. S. 1.

De præcipitatiōe, quæ est. 2. filia, vide; Præcipitatio.

Si fuit præceps in operibus suis cōtemnēs considerare, vel in periculum, vide ibi.

De inconsideratione, quæ est. 3. filia luxuriæ, vide, Inconsideratio.

Si fuit incaut⁹, maximè vbi imminebat periculum, vel vbi tenebat de leui, vel leuissima culpa, quia licèt excusetur aliquando à mortali, non tamen ab obliga tiōe restitutiōis, vt habes, culpa S. 5. & 6.

De amore sui, quo quis quęrit delitias, & quietem, vide, amor sui.

De amore sœculi, qui est. 5. filia luxuriæ, habes, Diligere. S. 3.

Si voluit perpetuò stare in mūdo, vide ibi.

Si dilexit mundum, constituens ibi finem, vel ad voluptatem, vide ibid.

De horrore futuri sęculi, ex quo homo vellet nunquam mori, vide Diligere. S. 3.

De inconstantia, quæ est. 7. filia, habes Inconstantia.

De odio dei, quod est octaua filia luxuriæ, Habes, Odium Dei.

De stultiloquio, aut scurrilitate, quæ sunt filiæ luxuriæ, dic si vsus est verbis libidinosis, aut inhonestis, aut gestibus vel ad prouocandum alios, vel vnde probabiliter habent prouocari ad luxuriam, est mortale peccatum. Idem dic de turpiloquio, vide Scurrilitas.

17 Circa gulā, quæ est aliud capitale peccatum, sunt formandæ interrogationes circa eius species.

Si pręuenit horam in comedendo.

Si nimis lautè comedit.

Si nimium studium apponit.

Si nimis comedit.

Si cum nimio ardore, seu appetitu; & quādo gula sit mortale peccatum in prædictis, Habes, Gula.

De eius filiabus, quarum prima est Ebrietas vide Ebrietas, quādo est mortale peccatum.

De hebetudine mētis, quæ est. 2. filia, vide, Hebetudo.

De inepta lætitia, scias, ꝙ non est mortale peccatū nisi p̄ ipsā dissolueret̄ q̄s in ea, q̄ sunt mortalis peccati, vt chorizādo in casu p̄hibito & hmōi; aliàs est veniale peccatū, vide, Chorea, &, Ludus S. 2.

De multiloquio, quæ est. 4. filia, habes, Multiloquium, per totum.

De scurrilitate q̄ ē. 5. filia habes Scurrilitas.

Si fecit actus ita scurriles, ꝙ ad prouocandū ad luxuriā sūt efficaces, vt̄ mortale.

De immunditia, quæ est. 6. filia gulæ, vide, Immundicia.

Si cōmedit, vel bibit, vt possit luxuriari, quia est mortale, secus est, si vt satisfaceret vxori in redditione debiti, q̄a sic nullum peccatum, vel veniale, quando hoc fecit, vt magis delectaretur cum vxore.

18 Circa inuidiam, quæ est aliud capitale

pec-

peccatū,vide, Inuidia, & quomodo est mortale peccatum.

De eius filiabus, quarum prima est odium proximi,de quo vide,Odium dei. & sic interroga.

Si desiderauit malū proximi,& quanto tpe pseuerauit, & si sæpe in huiusmodi occupauit mentem,quia quoties delibera tè desiderauit malū pximi,toties morta liter peccauit,si erat notabile malū, & p diuersa tēpora. Similiter quando in eadē cogitatione trāsibat nunc de desiderio mali in reb' ad desideriū mali in psona,vel i filijs,q sicut sūt diuersa subiecta ita vident diuersa mortalia peccata.

De tristitia in pspēris q est.2.filia. Si tristatus est de bono notabili pximi delibera tè propter inuidiam,est mortale peccatū,vt prælatus de maiori prælatione. Doctor de maiori cōcursu.Miles de maiori lucro. Scholaris de maiori ingenio. Ciuis de maiori honore. Mercator, vel Artifex de maiori creditu.Spiritualis de maiori fama,& hmōi,vide, Inuidia,

De lætitia in aduersis proximi Idem dic , vt supra,& vide ibidem.

De susurratione,vide,Susurratio.

Si quæsiuit seminare discordias, reportando malum alteri de altero, Ibidem.

De detractione vide,Detractatio,per totū, quomodo est mortale peccatum,& quo modo tenetur,per totum.

Si dixit malum de proximo falsè, Ibidem.

Si verū dixit,sed quibus non debuit, Ibid.

Si augmentauit malum, Ibidem.

Si audiuit libenter detractiones,Ibidem.

9 . Circa irā,quæ est aliud capitale peccatum,de quo habes,Ira.

Si appetiuit vindictam de proximo, Ibidē.

Si noluit loqui cum proximis,nec reconciliari,vide, Diligere deum.§.2.

De filiabus eius, quarum prima est tumor mentis, dic vt supra in prima filia inuidiæ.§.15.& 7.tumor,& de implicatione in hmōi cogitationib.de vindicta fienda secūdū regulam supradictam , Ibidem.

De 2.filia,scilicet indignatione,habes, Indignatio.

De 3.filia,quæ est clamor,vide, clamor.

De 4.filia,q est contumelia,seu conuitium habes,Cōtumelia,& Conuitiū, aduerte hic,q licèt quis non dicat conuitiū, vel contumeliā,vt ei auferat honorē, sed cā correctionis,sed tñ dicit talia,quæ de se notabiliter læduntur , puta mulieri, q est putana,& hmōi, & audientes scandalizantur de tali, cui dicitur ,quia sic credunt esse,non excusaretur à mortali peccato;& hæc adde ad ver.cōtumelia.§.2.

De.5.filia,quæ est rixa,habes,Rixa.

De maledictiōe,q est 6.filia,habes,Maledi.

De blasphemia dictum est supra.§.5.

De bello similiter §.10.

De seditione,quæ est.7.filia,habes seditio.

Si tenet partialitatem, vel eam sequitur paratus qualitercunque pro parte , est in statu damnationis,nec potest absolui, nisi disponat dimittere.

De murmuratione,habes,murmuratio.

Si murmurauit contra deum deliberatè tenens eum iniustum,quia mortale.

Si contra prælatos ipsos temerariè iudicādo,mortale est.

10 Circa accidiā, quæ est vltimum capitale peccatum,vide, Accidia.

Si dimisit necessaria pp accidiam, Ibi.§.1.

Si pœnituit se bene fecisse,Ibidem.

Si incurrit infirmitatem notabilem pter tædium,est mortale,quando potest se iuuare,vide,Accidia.§.1.

De filiabus eius,quarum prima est desperatio,vide,Desperatio.

De secunda,quæ est malitia,quæ est peccatū in spiritū sanctū, quòd habet sex species. Prima dicitur præsumptio de misericordia dei sine meritis.Secunda desperatio,qua desperat de misericordia dei. Tertia impugnatio veritatis agnitæ,vt liberius possit peccare. Quarta inuidētia fraternæ gratiæ, ex qua vellet q oēs essent mali, & nullus bonus , nè esset sibi cōfusio male viuere.Quinta obstinatio. Sexta impœnitentia;vide Peccatum.§.3.

De tertia filia,quæ est pusillanimitas,vide, Pusillanimitas.

Se desijt bona facere, ad quæ tenebatur ex pusillanimitate,vtputa corrigere fratrē, vide,Correctio fraterna.§.1. & similia.

Si verò dimisit non necessaria , est veniale peccatum.

De 4.quæ est ociositas,dictum est supra.in 3.præcepto,& habes in titu.Ociositas.

De.5.filia,quæ est pigritia, seu torpor, vide,Torpor.

De 6. quæ est euagatio mentis in illicita, Habes,Euagatio mentis.

De 7.quæ est negligētia, vide. Negligētia.

Si fuit negligens in addiscendo necessaria ad salutē,in confitēdo,in suscipiendo sacramēta,in operibus misericordiæ exercēdis,quæ qñ sit mortale peccatum, patet,Negligētia.S.1. Aduerte hic, quia si quis ex negligentia omittit implere vnū præceptum,puta de confitendo semel in anno,solùm est vnum peccatum mortale,sed si deliberauit sępius nolle confiteri,tot sunt peccata mortalia, quot sunt deliberationes factæ per interualla tēporis,quod no.

21 Circa opera misericordię spūalia,q̄ sūt Cōsule,castiga,dimitte,solare, fer, ora.

Si noluit dare consiliū petēti in his,q̄ pertinent ad salutem,vel in re,vnde notabile damnū pōt euenire proximo,cū tñ posset,mortale ē,vel qñ habebat ex officio.

Si nō correxit,quos debuit,& tenebaī,hēs, correctio plātorū & Correctio fraterna.

Si dimisit rancorem contra proximum,dictum est supra.S.18.

Si nō fuit cōsolatus tribulatos, posset esse mortale in plato,qñ subditi ex tali omissione inducuntur in desperationem,vel aliud malum,& ipse bono modo posset salua disciplina.

Si nō orauit ꝑ oib⁹, posset esse graue ī illis q viuūt d̄ eleemosinis magna negligētia.

22 Circa opera misericordiæ corporalia, q̄ sunt,visito,cibo, poto,redimo, tego, colligo,cōdo, q̄ tūc,cū præuaricantur, sunt mortale peccatū, qñ ex eorū omissione notabiliter lædiē ꝓxim⁹, & hō pōt bono mō facere, puta si plat⁹ visitaret infirmū,quē visitare posset,nō desperaret, sed cōfiteretur.Eget cibo,& potu,& habes vltra cōdecētiā tui stat⁹.Est in captiuitate,& redimere posses de supfluitatib⁹ tuis.Est nud⁹,& tu caudā ducis. Est sine domo,& tu habes ampla palatia. ex dictis s̄. Auaritia, & eleemosyna, potes colligere,qñ hō tenetur de præcepto.

23 Circa 5.sensus,q sunt visus,gustus, auditus,odoratus, & tactus,ī q̄bus sæpius pōt esse mortale,vt si voluit videre,quę sūt mortalis peccati ī eo,qd facit,vel inductiua ad mortale,de quo habes,curiositas. Idē dic de auditu.Gust⁹ aūt,& odoratus cōiter sunt venialia.Tactus qñque mortale,cum causa luxuriæ,vel morosæ delectationis, vt supra cogitatio.

24 Circa pcepta ecclæ,q̄ gñaliter tāgūt oēs dictū est s̄.in 2.filia inanis gloriæ. S. 14.

25 Nūc de statib⁹ aliqua particularia sunt ponenda,in quibus sunt interrogādi vltra ea, quæ supra posita sunt contra præcepta,& in peccatis capitalib⁹,& primò.

Circa pueros doli capaces sunt interrogandi de iniectione manuū violenta in personā ecclesiasticā,ex qua possent esse excōicati,de quo habes supra, Excōicatio. 5.S.1.cum multis se. Postea de confessione,& communione,si fecerunt,de pnia, de inobediētia,de mēdacijs,de ihonestate,auditiōe missæ,de furtis,& similib.in quib. cōmuniter illa ætas solet peccare.

26 Circa Christianos in communi,si suscepit sacramenta necessitatis, & quæ sint, Vide,Sacramentum.S.6.

Si portauit habitum infidelium,vide, Apostasia.S.vltimo.

Si nimiam familiaritatem habet cum Iudæis,vel cū infidelibus,vide, Iudæ⁹.S.1.

Si fecit ꝯtra consciētiā,Vide,Conscia S.1.

Si habuit ratum aliquod malū factum nomine suo,Vide,Consensus. S.4.

Si alicui consulit aliquod peccatū,vel malum,Vide consilium.S.1.

Si contempsit aliquam exhortationem superioris,Vide Contemptus.S.1.

Si quando tenebatur, habuit contritionem de peccatis,Vide Contritio.S.4. & 5.

Si correxit,quos sciuit velle delinquere,vide, Correctio fraterna.S.1.

Si denunciauit prælatis peccata, quæ sciuit,Vide,Denunciatio.S.1.

Si in dubijs tutiorem partem elegit, Vide, Dubium.S.1.& 2.

Si exiſtēs excōicat⁹,vel interdictus,& monitus a celebrantibus,vt exiret ecclesiā, noluit exire,Vide,Excōicatio.5.casu.15.

Si famam suam neglexit,vide,Fama. S.1.

Si incarcerat⁹ fugit,Vide,Fugere.S.1. & 2.

Si vsus est habitu fœmineo Vir existens, vel e contrario,aut religionis, Vide,Habitus.S.7.& 8.

Si

Si fuit histrionus, vide, histrio. §. 1.
Si impressit in terra, vel in lapide humi-
po sito signũ crucis, vide, Imagines. §. 4.
Si fecit aliquod enorme in ecclesia, vide,
immunitas per totum.
Si sciuit necessaria ad salutem, vide, Scien
tia. §. 2.
Si fuit excomunicatus ab aliquo iudice, vi
de, absolutio. 1. &. Excõmunicatio pri-
mò, per totum.
Si iniecit manus violentas in personam ec
clesiasticã. vide, Excommunicatio. 5. §. 1.
cum multis seq.
Si nominatim iterdictos, excõmunicatos,
vel vsurarios sepeliuit, vide, Excõmuni
catio. 7. Casu. 36.
Si contraxerunt matrimonium in casibus
consanguinitatis, vel affinitatis prohibi
tis, vide, Excomunicatio. 7. Casu. 41.
27 Circa ambasiatores dominorum, vel
communitatum.
Si steterunt absentes sine causa, vel pro fa-
ctis suis in expensis dominorum, vel cõ-
munitatum, vide, Absens §. 1.
28 Circa tutores, vel curatores, aut admi-
nistratores rerum alienarum.
Si infideliter se habuit in commissis frau-
dando, vel dilapidãdo, aut non bene mi
nistrando, vide, Administratio. §. 1.
Si exegit vsuras pro pupillis, aut alio mo-
do fecit pro eis contractus illicitos, vi-
de, restitutio. 1. in litera, vsurarius.
29 Circa coniugatos.
Si contraxit clandestinè, vide, Clandestinũ.
vel in gradu prohibito, vide, Matrimo-
nium. iij. per totum.
Si consummauit ante benedictionem, vi-
de, Debitum. §. 1.
Si negauit debitum petenti, vel reddidit se
impotentem, Ibid. §. 6.
Si cognouit cã satiandæ libidinis, Ibi. §. 23.
Si cognouit habens intentionem ad alte-
ram, ibidem. §. 21.
Si vsus est matrimonio extra vas, vel modo
indebito, Ibid. §. 25.
Si tempore menstrui, Ibidem. §. 32.
Si in dieb. festiuis, vel in ecclesia. ibid. §. 28.
& §. vltimo.
Si prægnationis tempore, Ibidem. §. 33.
Si per tact⁹ habuit pollutionem extra vas,
ibid. §. 26.

Si exegit, vel reddidit debitum adultero,
vel adulteræ, ibid. §. 8.
Si contraxit excommunicatus, vel in pecca
to mortali existens, quia peccauit morta
liter contrahendo per verba de præsen-
ti, vide, Matrimonium. 2. §. vlt.
Si non contraxit ea intẽtione, qua debuit,
vide, Matrimonium, 2. §. vltimo.
30 Circa vxores, si fuit litigiosa in domo,
& de reliquis, de quibus supra. §. 19. vbi
tractatur. de ira.
Si habuit dotem de vsuris, vide, Restitu-
tio primò, sub litera, Vsurarius. §. 19.
Si fuit inobediens viro, vide, Obedientia,
& inobedientia, per totum.
Si procurauit sterilitatem, vel vsa est super
stitiosis, vt haberet filios, vide, Matrimo-
nium. 2. §. 23. cum duobus seq.
Si dedit bona viri cõtra eius voluntatem,
vide, Eleemosina. §. 7. & vide, Furtum. §.
34. & 35. & 47.
Si non habuit bonã curã de filiabus maxi-
mè, & si docuit eas vanitates, & hmõi, in
quib⁹ sunt multa mortalia, non duxit ad
missas. prædicationes, sed choreas, patet
per supradicta, quando est mortale.
Si vsa est ornatu indebito, vide, Ornatus.
per totum.
Si violauit fidem viro, vide, Adulterium,
in princ. & in seq. maximè. §. 3. & 4.
31 Circa viros. Si stetit nimis in remotis
causa cupiditatis contra voluntatẽ vxo-
ris, vide, Debitum. §. 6.
Si non seruauit fidem, vel habet concubi-
nam, quia non est absoluendus, nisi a se
eijciat, vide, Concubinarius. §. 1.
32 Circa patrẽfamilias. Si alimenta dedit,
qbus tenebatur, vide, Alimenta, p totũ.
Si soluit dcimas dbitas. vid, Decima. §. 1. 2.
Si fecit eleemosinas. vide, Eleemosina. §. 1.
Si ministrauit necessaria familię, tam cor-
pori, quàm animæ, docendo & huiusmo
di, vide. §. 1. & Filius. §. 21.
Si non dotauit, seu maritauit filias tempo-
re debito, vide, Dos. §. 4.
Quomodo tenetur ex facto familię, habes,
dominus. 2. §. 2.
Si prouocauit familiam suã nimis exaspe-
rando, & furiosè & cætera, vt infra, ira.
& supra. §. 19.
Si nõ procurauit, vt cõfiteret semel ĩ anno,

& communicaret, videtur mortale peccatum,& in ver.familia.S.1.

33 Circa filiosfamilias,si furat' est res patris sui,vt expéderet in superfluis,vel ludis,aut alijs malis,quia est mortale.

Secus,si accepisset p faciẽdis sibi vestimentis,aut calceamẽtis,aut alijs necessarijs, quia sic liceret,ex quo pater non prouidit,vt tenetur,& de reliqs,vt supra.S.7.

34 Circa Doctores,& Magistros.

Si quæsiuit magisteriũ,seu doctoratum pp honorẽ principaliter, vide, Honor.S.4.

Si fecit se promoueri ad doctoratũ, & existens ineptus & ignorans, vr̃ mortale per c.1.& c.quanto,de magistris.

Si legit principaliter propter honorem,vide,Honor.S.7.

Si legit scientias prohibitas, vel personis prohibitis, vide, Magister. & quæ sunt personæ prohibitæ, vide,excommunicatio.7. Casu.6.& 7.

Si ex pacto receptus est in canonicum, vr̃ scholas regat, vide,Magister.S.10.

Si exegit existens salariatus a scholaribus aliquid,vide ibidem. S.11. 12.& 13.

Si exegit aliquid pro licentia docendi danda,ibidem.S. 5.

Si admisit ignorantes ad doctoratum,mortaliter peccauit, quia ex tali facto dicit mendacium periculosum.

Si non exegit iuramentum a doctorando, quod non expendet plus, quàm debet in doctoratione, ibidem.S.vltimo.

Si existẽs in mortali notoriè,docuit publicè in theologia, quia mortaliter peccauit sm Petrum,vide,Prædicare.S.7.

Si seruauit iuramenta vniuersitatis, vide, Iuramentum.6.S.2.& 3.

Si iactauit se de doctrina alios vituperãdo aliquãdo,& in pluribus, potest esse mortale,vide supra.S.14.& 18.

Si notabiliter fuit negligens circa profectũ scholarium, videtur mortale, vide,negligentia.

Si verberauit aliquem crudeliter, videtur mortale,quia solũ leuis castigatio eis pmissa est.c.cum voluntate.S.si qui verò, de sententia excõmunicationis;& si erãt clerici,esset excõicatus, vide,Excommunicatio.5.Casu.1.S.10.& 11.

Si iniusto modo,puta detrahendo,vel per sectas subtraxit scholares alteri' doctoris, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem, si iam intrauerant sm Ioã. de Ligna.secus,si nondum intrauerant.

Si impediuit propter odium,vel partialitatem doctorandum, vel in collegio recipiendum idoneum, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem damni.

35 Circa scholares, si seruauit iuramenta vniuersitatis,vide, Iuramẽtũ.6.S.2.& 3.

Si fecit sectas pro rectore fiendo, *multa mortalia ibi adueniunt*.

Si elegit rectorem insufficientem, vr̃ mortale sm aliquos,sed hoc non determino' in vniuersitatibus scholarium.

Si studet in prohibitis scientijs.vide,Magister,& supra,Excommuni.7.casu.6.& 7.

Si sæpe contendit contra veritatem,nè succumbere videatur,vide supra.S.14.in septima filia.

Si studet propter malum finem, quia tale peccatum, qualis finis, vel propter honorem,vide, Honor.S.7.

Si studuit curiosa, dimittẽdo necessaria ad salutẽ,est mortale pc̃m.vide,curiositas.

Si tractauit cum aliquo ciue Bononiensi de conductione hospicij alterius scholaris, vide,excommunicatio.7.casu.4.

36 Circa medicos,si existens ignorans medetur.Vide,Medicus,in prin. & S.1.

Si in medendo non fuit secutus traditiones medicinę, sed voluit facere experimenta ex capite suo in periculum notabile proximi, ibidem.

Si prolongauit infirmitatem, ibidem.

Si consuluit aliquid contra salutem animæ pro sanitate corporis, ibidem.S.7.

Si nõ admonuit infirmũ efficaciter, vt confiteret in principio infirmitatis, ibi.S.13.

Si prægnanti aliquid dedit, vt filius moreretur, peccauit mortaliter, quia nõ sunt facienda mala, vt bona eueniant.

Si dedit medicinam,de qua dubitat,an noceret, ibidem.S.2.

Si non annunciauit mortem infirmo,ibidẽ. S. 12.

Si non debito modo visitauit infirmos,posset aliquando esse mortale.

Si pauperibus noluit mederi gratis, ibidẽ. S.2.

Si habuit partẽ cũ aromatario, & propter

hoc

hoc grauat īfirmos emere ab eo cū eorū damno, quia sic teneret eis ad restitutionem ex quo ei soluerunt; secus, si ex hoc nullum habent damnum.

37 Circa aromatarios. Si in cōponēdis medicinis nō posuit, quę medicus ordinauit, sed vnū pro alio, vel corrūpta & quę virtutē nō habebāt ex vetustate, pro bonis, & huiusmodi, ex quib⁹ sequitur vel prolongatio infirmitatis, vel aliud malum proximo infirmo, quia vltra mortale tenetur ei ad restitutionem.

Si vēdidit venena, vel quę faciūt aborsum, & huiusmodi illis, de quibus sciebat nō debere vti ad bonum, vide, Ars. §. 2.

Si sophisticauit aromata ponens in speciebus vnum pro alio, vel in syrupis, aut in cādelis, & huiusmodi, vide, Emptio. §. 8.

Si vēdit diminuto pondere, aut falso, & huiusmodi, vide, Falsarium, §. 11.

38 Circa mercatores, si portauit prohibita infidelib⁹, vide, Excōicatio. 5. Casu. 21.

Si negociatur propter malum finem, vide, Negocium. §. 2.

Si in loco sacro tenuit mercatum, vide, immunitas. §. 3. & Negocium. §. 2.

Si carius vendidit, quàm emit in eodem loco, Emptio. §. 10. & īfra, Negocium. §. 3.

Si vendens pro alijs, aliqua vendit pro 12. & solū 10. dat dñis rerū, Emptio. §. 28.

Si vendidit vnum pro alio, vel corrupta ꝓ bonis, vide, Emptio. §. 8.

Si vsus est falsis mensuris, & huiusmodi, vide, Falsarius. §. 11.

Si vendidit rem plus iusto precio, aut ꝓꝑ tempus solutionis, & hmōi, vide, Emptio. §. 7. Et, vsura. 1. §. 33. & 34.

si fecit cambia, vide, vsura. 1. §. 2. cum seq.

Si fecit aliquos contractus vsurarios, vide, Vsura. 1. per totum.

Si composuit cum alijs, vt vēdant vno precio in damnum reipublicæ, quia vltra mortale tenetur damnificatis, vide, Negocium. §. 2. Et emptio. §. 17.

Si expendit falsas monetas sciēter, est mortale, & tenetur ad restitutionem, licèt ipse etiam fuerit deceptus ab alio, supra, Falsarius. §. 4.

Si bonas monetas radit, vide, Falsarius. §. 4. cum sequentibus.

Si emit res raptas, vel furatas, vide, Restitutio. 1. in litera, Emens rem raptam.

Si infideliter se habuit in societate, quā hēt cum aliquo, vide, Societas. 1. & 2. per tot.

si vēdit in festis, vel cū mēdacijs, periurijs, & alijs illicitis, vide, Negocium. §. 2.

39 Circa proxenetas, si mediator fuit contractuum vsurariorum, vide, Restitutio. 1. in litera, Vsurarius. §. 5.

si male consuluit scienter in aliquo contractu, quia vltra mortale tenetur de damno dato, vide, Dolus. §. 9.

si decepit in precio dans intelligere vni, ꝙ vult tantū, & alteri, ꝙ non potest habere nisi tantùm, vide, Dolus. §. 9.

40 Circa artifices, si fecit artē, cuius opus est ad malum, vt taxillos, & huiusmodi, vide, Ars. §. 2.

si accepit insignia alterius magistri, vide, Insignia, De fraude ī arte, ī mēsuris, & hmōi, vide Falsari⁹. §. 11 &, emptio. § 8.

41 Circa lanifices, si vendit pannū vni⁹ lanæ ꝓ alia, vel tincturæ, vide, emptio. §. 8.

si soluit laboratoribus de panno, aut vendendo vltra iustum precium, & emēdo pro viliori, vide, Vsura. 2. §. 60. iuncto. §. 15. in verbo, solutio.

si filatoribus dedit. 14. vncias pro libra, tenetur ad restitutionem, nisi sic a principio conuenisset, nisi filatores facerent ex necessitate magna.

si pannum nimis traxit, vide, emp. §. 8.

si nō soluit laboratorib. vide, solutio. §. 15.

42 Circa tabernarios, si vendidit vinū limphatum pro puro, vide, emptio. §. 8.

si miscuit in vino nociua, ibidem.

si tenuit meretrices, vel lusores, oīa peccata ei imputabuntur.

si scienter administrauit ad ebrietatem alterius, vide, Ebrietas. §. 1.

si ex culpa sua ꝑdidit sibi tradita in custodia, vide, Custos, ī prin. & Nauta, ī princ.

43 Circa macellarios, si vendidit carnem corruptam pro sana, de pecude pro castrato, & huiusmodi, vide, Emptio. §. 8.

44 Circa pistores, si fecit panem nimis pō derosum, vel immiscuit aliam farinam, & huiusmodi, vide, Emptio. §. 8.

45 Circa sutores, si fecit vestes impudicas, quæ non possunt deferri sine peccato mortali, vide, Ars. §. 2. & hoc quando sit, vide, Ornatus, per totum.

Si malè incidit ex culpa sua. Vide, culpa. §. 5. & 6.
Si furatur de panno serico, & huiusmodi, vide, furtum, per totum.
46 Circa aurifices, si vẽdidit aurũ alchimi cum pro vero, Vide, emptio. §. 8.
Si cudit monetam sine licentia principis, Vide, falsarius. §. 4. cum seq.
Si radit eam, vel facit aquam, vnde aliqd imminueret, Ibidem. §. 8.
Si emit lapidẽ preciosum pro vili ab illo, q ignorabat, vide, emptio. §. 7.
47 Circa alchimicos, si laborauit in dicta arte, Vide, Alchimia.
48 Circa daciarios, si exegit dacia iniusta, Vide, Pedagium. §. 1. cum seq.
Si exegit a personis ecclesiasticis, ibid. §. 4.
Si imputauit fraudẽ dacij, vbi non erat, vltra mortale tenetur ad restitutionem totius damni.
Si fraudauit socios, vltra mortale tenetur ad restitutionem.
49 Circa musicos, & histriones, si pulsauit his, qui ex libidine chorizabant, vel illicitè, vide, chorea.
Si gestus impudicos prouocantes ad peccatum mortale fecit. vide Histrio.
50 Circa laboratores, & rusticos.
Si non laborauit fideliter, in notabili excessu esset mortale peccatum.
Si permisit bestias nocere in agris & hmõi tenetur ad restitutionẽ, si fuit in culpa.
Si fraudauit dominum in parte sibi dãda, tenetur ad restitutionẽ, nisi dñs in alio grauasset eum. Vide, Furtum. §. 40.
Si non seminauit possessiones, vel coluit, quas tenebat, sicut debuit. vide culpa. §. 5. & 6.
51 Circa venatores, si in diebus festis per dita missa, vel per totam diem se occupauit. Vide, Feriæ. §. 9.
Si dedit damnum in agris, quia tenetur (si est notabile) ad restitutionem.
52 Circa locatores, si sciẽter locauit equũ periculosum, aut vas vitiosum, vide, Locatio. §. 13.
Si conductor fuit in culpa perditionis rei locatæ, ibidem. 14. §.
Si petit mercedem, quã non debuit, vel soluit minus, quã debuit, Ibid. §. 22. & 15.
53 Circa laborãtes in filãdo lanã, vel tingẽdo setã, & hmõi, qui tenentur Primò si furantur. Secũdò si male laborant, vel destruunt. de quo vide, Locatio. §. 13.
54 Circa reuẽditores rerũ, si finxerunt, q non poterant vendi nisi pro tanto, & tñ vel erãt, q emerunt pro plus, vel ipsi pro modico emerũt, vt ꝑ pluris venderẽt, tenẽtur ad restitutionẽ, qa per fraudẽ acquisierunt. Item si vendiderũt pro plus, quã tribuãt domino, vide, Emptio. §. 28.
55 Circa Iudices, si habuit iurisdictionẽ ab aliquo nõ verò dño. vide, Dñs, in princ.
Si dedit iniquam sententiam scienter, vel per ignorantiam, aut negligentiam. Vide, Iudex. §. 21. cum sequenti.
Si existens ignorans non elegit bonum assessorem, Ibidem. §. 22.
Si elegit assessorem in fraudem, cum non indigeret, vide, Iudex. §. 16.
Si accepit pecuniam, vt iudicaret, vel non iudicaret, aut vt iniquè contra iustitiam vide, Iudex. §. 8. cum multis sequentib. & Suspensio. 1. §. 29.
Si nõ seruauit ordinẽ iuris, videt̃ mortale, nisi aliqua cã vrgẽs ad hoc impelleret.
Si reo dedit dilationes indebitas, qa vltra mortale tenet̃ parti læsæ ad restitutionẽ.
Si reo fecit iterrogatiões, ad quas nõ tenebat̃ rñdere, vide, cõfessio delicti, ꝑ totũ.
Si posuit ad torturam sine legitimis indicijs, vide, Tortura. §. 1.
Si allegationes friuolas admisit, quia vltra mortale tenetur læso ad restitutionem.
Si appellationẽ legitimã nõ admisit, vel friuolã admisit, qa vltra mortale tenetur parti læsæ, sm q dico, Appellatio. §. 15.
Si pauperibus non prouidit de aduocato, vide, Aduocatus. §. 10.
Si pœnã relaxauit, vel auxit, vide pœna. §. 18.
Si arrestauit aliquem, vel bona eius descripsit, vel officiales misit, vt sic pecuniam extorqueret contra iustitiam, vel aliqd aliud inuenit, ex quo pecunias haberet, quia tenetur ad restitutionem.
Si i sentẽtia apposuit clausulã obscurã vt ille ꝯ quem dabatur, se posset defendere contra iustitiam, quia vltra mortale tenet̃ ad restitutionẽ de dãno dato parti.
Si partem non cõdẽnauit in expensis, cum deberet, & peterentur, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem parti.

Si vt extorqueret pecunias modo suo, fecit, ꝙ id, qđ iure ordinario debebat expedire, faceret iure delegato.
Si non purgauit prouinciam malis hominibus vide, Iudex. §. 7.
Si iudicauit secundùm allegata contra veritatem, quã sciebat, vide, Iudicare. §. 7.
Si sententiam alicuius censuræ ecclesiasticę protulit sine monitione, & scriptis. Vide, suspensio. 1. §. 16.
Si iudicare præsumpsit non sibi subditos nec ratione rei, vel delicti, vide, Iudicare. §. 7.
Si ꝓtraxit sentẽtiã in lõgũ, vt pecunias extorqueret, mortaliter peccauit, & tenet ad restitutionẽ nõ solũ pecunię acceptę à parte, q̃ iustitiã habebat, sed & ad oẽ datum, quod habuit ex tali dilatione.
Si interposuit autoritatẽ in aliquo cõtractu mulieris, vel minoris in eorũ dãnũ pro pter pecuniã, vel amicitiam, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem læso.
56 Circa officiales Dñorũ, & Cõitatum.
Si comminatus est alicui, nisi ei daret &c. vide, Concussio.
si exegit iniusta grauamina de mãdato sui superioris, q̃a vltra mortale tenetur ad restitutionẽ totius exacti, si ille non vult restituere, in cuius vtilitatẽ est exactũ.
si executus est iniquam sententiam, vide, Iudicare §. 7.
si non obuiauit malis, quantum potuit, bono modo, vide, Consentire. §. 2.
si fuit proditor terræ, vel castri, habes. s. Auaritia. 26 §. 15. in prima filia.
si fuit officialis tyranni, aut iniusti domini vide, Dominus, in prin.
si nõ accusauit, quos tenebatur ex officio, q̃a si ex iuramẽto tenebat, erit mortale peccatũ, aliàs nõ semper, vide Pęna. §. fi.
si emit officia, vel super ipsa mutuauit, vide, Officium. §. 2.
si habens soluere de pecunia domini, vel communitatis alijs extorsit tantum pro ducato existens ipse salariatus, quia restituere tenetur vide, officium. §. 3.
si quos inuenit de nocte, dimisit pp pecuniã cõtra statuta, quia videtur mortale.
si seruauit statuta, q̃ iurauit in prin. officij.
57 Circa consiliarios dominorum, vel cõ munitatum.
si existens in consilio consensit alicui malo, vide, Consentire. §. 2. &, Consiliũ. §. 1.
si dedit fraudulentum consilium, Ibidem.
si proposuit aliqua in cõsilio in damnum aliquorum, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem damni totius, quando sine eo non fuisset, Consilium. §. 1.
si consensit ad aliqua statuta fienda, quæ erant iniusta, aut contra libertatem ecclesię vide ibidem, &, Excommunicatio 7. Casu. 12. & Casu. 43.
si res communitatis permisit dilapidari, vel ex inutilibus commissionibus, aut qualitercunque, vide, Administratio.
58 Circa arbitros, vel arbitratores.
si iniquam dedit sententiã scienter, vel ex ignorantia, vide, Iudex. §. 21. cum sequẽ.
si permisit expirare compromissum, vide Arbiter. § 1.
si pro spirituali dedit temporale in recompensationem, vide Ibidem. §. 7.
si pro pace abstulit ab vno, & dedit alteri, vide Ibidem. §. 6.
59 Circa accusatores, si accusauit aliquẽ mala intentione, vide, Accusatio. §. 6.
si accusauit aliquem calumniosè, vide Ibidem. §. 8.
si iurauit non accusare, Ibidem. §. 6.
si accepit pretium, vt non accusaret, ibid.
si accusatus rñdit calumniosè, Ibid. §. 13.
si accusatus tacuit veritatem, ibid. §. 12.
60 Circa aduocatos. Si inhibitus a iure aduocare, aduocauit, vide, Aduocatus. §. 1. cum multis sequentibus.
si defendit iniustã causam, Ibid. §. 13.
si amisit causam iustam per suam ignorantiam, vel negligentiam, ibid. §. 12.
si immoderatũ salariũ extorsit, ibi. §. 14.
si non aduocauit pro pauperibus, ibi. §. 10.
si fecit pactum cum clientulo de quota litis, Ibidem. §. 14.
si reuelauit aduersario secreta clientuli, vide, Falsarius. §. 2.
si causam vsurariam defendit, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem, vide infra, restitutio. 1. in ver. vsurarius. §. fin.
si frustratorias dilationes quæsiuit, quia tenetur ad restitutionem parti lęsæ.
si falsas leges, vel instrumenta produxit, vel instruxit clientulum de falsitate dicenda, vide. s. Tho. 2. 2. q. 69.

Si qualitercunque fuit causa alicuius dãni in huiusmodi aduocatione, quia vltra mortale tenetur de damno parti læsæ.

Si solummodo attendit ad ordinem iudiciariũ,& nõ ad merita causę,sicut hodie communiter faciunt Aduocati,& tamẽ non excusantur a mortali, & ab obligatione restitutionis dãni,si defendunt causam iniustã quò ad merita,quantũcunq; quò ad modum procedendi sit inordinata, quia ordo non est inuentus nisi propter deceptiones euitandas.

61 Circa procuratores si defendit causam iniustam,mortale est,& tenetur ad restitutionem læso.

Si infideliter,vel negligenter se habuit,vide,Locatio.S. 23.

Si in positionibus ponendis,vel responden dis periurauit, vel fuit causa periurij, mortaliter peccauit,vide, periuriũ. S 4.

62 Circa notarios, si ex ignorantia dictauit male instrumenta, vel testamẽta,pp quod proximi damnificati sunt'. Vide, culpa.S.5.& 6.& infra,Tabellio.S. 6.

Si instrumenta,quæ recepit, non posuit in protocollis suis, ex magna negligentia videtur mortale peccatum in instrumentis,ex quibus ex eorum perditione proximi possent notabiliter lædi.

Si maliciosè occultauit, vel destruxit instrumenta,vide,Falsarius. S. 3.

Si falsauit instrumenta addendo aliquid, quod non fuit expressum vel alio modo vide,Falsarius,in principio.

Si non bene informauit in renuntiatione alicuius iuris ponenda in Instrumento partem,quæ erat ignara, qa teneť ei de dãno eo, qa est cã deceptionis proximi.

Si fecit instrumenta in fraudem vsurarũ,vide,Restitutio. .in litera, Vsurarius.S.6.

Si petijt indebitum salarium, tenetur restituere,facit quod dico,Emptio.S.7.

Si notarius Episcopi petit ab ordinandis salarium non secundùm instrumentum, sed secundũ qualitatem ordinis:quia est symoniacus, quantumcunque nõ sit ad salariatus. Vide symonia.3. S. 22.

Si recipit instrumẽta p testamẽto,renunciatione,donatione, vel alia absolutione illius,qui non erat sanæ mẽtis, quia vltra mortale tenetur ad restitutionem lęso.

Si scripsit,dictauit,vel redegit in publicam formã statuta contra ecclesiasticã libertatẽ,vel in fauorẽ vsurarum.Vide Excõmunicatio.7.& casu.44.

Si rogatus pro pauperibus noluit gratis facere quia tenetur,secundùm quod dico de Aduocato Aduocatus. S. 10.

63 Circa litigantes, si calumniosè accusauit aliquem,vide,Accusatio.S. 8.

Si mala intentione,Ibid. S. 4.

Si accusatus dedit pecuniam accusatori,vt desisteret,Ibidem.S. 11.

Si calumniosè se defendit,Ibidem.S. 13.

Si nõ rñdit veritatẽ interrogat⁹, qñ tenebatur.vide,confessio delicti, in principio.

Si litigauit sciens iniustam causam habere, Vide,Litigiosa.S.2.

Si habens iniustam causam,litigauit non p media iusta, sed indebita, vt puta cum mẽdacijs,periurijs, & hmõi, mortaliter peccauit ẽm Th. 2.2.q.49. nõ tñ tenetur ad restitutionẽ,si aliquid obtinuit p iniustam sententiam,vide sententia.S.7.

Si appellauit causa afferendæ moræ, Vide, appellatio.S.15.

Si ratione studij, vel artis fraudulenter cõuenit aduersarium coram aliquo iudice vide,Argumentatio.S.3.

Si habens conseruatorem, procurauit, vt intromitteret se de non notorijs,Vide, conseruator.S.1.

64 Circa testes si requisitus in iudicio noluit dicere veritatem,vide,Testes.S. 16.

Si falsum testimonium dixit, Ibid.S. 30.

Si dubiũ p certo ppposuit,vide,piuriũ.S.3.

Si pecuniam accepit pro testimonio ferendo,vide,Testis.S.28.

65 Circa tutores,vel curatores,si bene administrauit in vtilitatibus pupillorũ, vide,Administratio,per totũ,& tutela.S.2.

Si consummauit bona ipsorum,vel sibi appropriauit,quia tenetur ad restitutionẽ, vt patet ibid.

66 Circa executionem testamentorũ, vel vltimarum voluntatum. si alienauit relictum,vide,Dos.S.26.

Si soluit đbita defũcti,vide,Hęres.S.5.&6.

Si legata impleuit,vel nimis distulit, vide, Executio.S. 23.& 24.

67 Circa curiales.si fuit adulator vt obtineret beneficia,& huiusmodi,vide Adulatio,

tio,per totum.

Si proposuit dominis aliqua, vnde possent extorquere pecunias indebitè. vide, consilium. §. 1.

Si bona confiscata iniquè sibi fecit donari, quia tenetur restituere.

Si fuit leno ꝓ dño, mortalia multa in hoc sępe committuntur, vide infra, restitutio. 1. in ver. animam lædens.

Si totum tempus expendit in ociositate, vide, præceptum. §. 5.

Si reportauit mala de alio, vt eum poneret in inimicitiam domini, vide, susurratio.

Si delectatus fuit dicere mala de alijs, vel audire, vide, Detractio.

63 Circa principes, & dominos sęculares.

Si habet dominium ex iusto titulo, Vide, Dominus, in principio.

Si neglexit facere iustıtiā petentibus, quia vltra mortale tenetur eis ad restitutionem damni, quod passi fuerunt ex hoc; facit quod habes, Iudex. §. 21.

Si fecit iniustitiam alicui, multo magis tenetur, ibid.

Si q̄suiuit ponere diuisionē i populis, vt posset regnare, q̄a mortale ē. vide, Susurrō.

Si imposuit collectas indebitas subditis suis, vide, Tallia, in prin. & §. 1.

Si exigi fecit pedagia iniusta, vide, Pedagium, per totum.

Si fuit ambitiosus ad maius dominiū, propterea procurauit bella, vel aliud iniustū, quia vltra mortale tenetur de omni damno vide, Ambitio. §. 1.

Si fecit confœderationē cū aliquo de defendendo se iustè, vel iniustè, mortaliter peccauit.

Si habuit bellū iniustū, & qn̄ sit iniustū, habes Bellū. §. 4. qūo teneť ibi. 1. §. 5. 10. & 11.

Si posuit officiales malos, vide, Dominus. §. 4. &. administratio. §. 2.

Si vendidit officia, vide, Officium.

Si ea quæ erant cōitatis, sibi appropriauit, tenetur restituere, vide, Tallia. §. 2. & 10.

Si incarcerari fecit aliquem indebitè, vide carcer. §. 2. & 3.

Si bāniuit aliquē indebitè, vide, Bannū. §. 1.

Si non permisit testari aliquos, vide, Tallia §. 10. facit in arg. tantùm.

Si coegit nubere filiā alicui⁹ alteri vt ei succedat, pōt esse mortale ſm qualitatē rei.

Si fecit fieri torneamēta, vel hastiludia, vel spectacula inhonesta, vide, Ludus. §. 6.

Si iustitiā vendidit, vide, Iudex. §. 19. & 20.

Si fecit statuta, vel leges iniquas, vide, Lex §. 21. & Excommu. 7. casu. 12. & casu. 43.

Si vasallos indebitè grauauit, vel spoliauit vide, Tallia, per totum.

Si ipse vasallus existens fuit infidelis domino suo, vide, Feudum. §. 16.

Si tolerauit vsurarios propter lucrum suū, vide, Vsura. 2. & 14.

Si non purgauit prouinciam malis hominibus, vide, iudex. §. 7.

Si propter auaritiam commutauit pœnam corporalem in pecuniariam, quia vltra mortale tenetur læsis, si propter hoc aliqua scelera facilius perpetrantur, vide infra, pœna. §. 18.

Si nō tenuit vias securas, vide, Rapina. §. 1.

Si pupillos, & miserabiles personas nō voluit audire, non dando publicas aliqñ audientias, quia vltra mortale teneť de damno, q̄ eis infertur, vide, culpa. §. 5.

Si angariauit rusticos in laboribus, & maximè in festis, vide, Tallia per totum, & Feriæ. §. 9.

Si tenuit nimias pompas, aut expensas, vide, Ornatus.

Si nimis occupauit se in ludis, & venationibus, vide, Lud⁹, & Venatio, per totum.

Si dedit damnum in agris propter venationes, vide, venatio. §. 2.

Si non correxit familiā, sed parum curauit eos cōpescere a peccatis, vide, correctio primò, & secundò per totum, & quomodo tenetur, vide, Dominus. §. 1.

Si fuit excommunicatus vel a iudice, vel propter aliquod infrascriptorum.

Si inijci fecit manus violentas in personas ecclesiasticas, vide, Excommunicatio. 5. casu. 1. per totum.

Si fecit incendi, vel frangi ecclesias, vel loca religiosa, ibidem casu. 5. & 6.

Si fuit insecutor alicuius cardinalis, vel de familia Papæ, aut Cardinalis, vel alicui⁹ Episcopi, vide Excommunicatio. 5. casu. 9. & casu. 13.

Si fecit fieri aliquam iniuriam illis, qui tulerūt aliquas sentētias excōicationis, vel interdicti, vel q̄ fuerūt causa, vt ponerētur, vel obseruarentur, vide ibi. casu. 10.

Si fuit fautor hæreticorum eorum,vel impediuit officiũ inquisitoris,vide,Hæreticus,per totũ,&,Excõicatio.5.casu.16.& Excommunicatio.7.casu.28. & 29.

Si coegit celebrare tempore interdicti, vide,Excommunicatio.5.casu. 15.

Si fuit receptator paratarũ,vel cum eis participauit,vide ibidem casu. 18.

Si imposuit noua pedagia,vel exegit prohibita,ibidem casu.19.

Si permisit deferri prohibita infidelibus, ibidem casu.21.

Si impediuit victualia,nè ad curiam portarentur,ibidem casu.22.

Si volentes ire Romam, vel redeuntes cepit,percusfit,& huiusmodi, ibidem casu.23.24.& 25.

Si impediuit,nè obediretur literis apostolicis ibidem casu.26.

Si vsurpauit iurisdictionem ecclesiasticam ibid.casu.28.Excommunic.7.casu. 6.

Si Romipetas detinuit,vel spoliauit,Casu. 29.Excom.5.

Si inuasit terras ecclesiæ,ibid.casu. 30.

Si se subtraxit ab obedientia Romani pontificis,ibidem Casu.27.

Si corpus alicuius defuncti fecit incidi, vt alibi sepeliretur,ibidem Casu. 32.

Si tertiò admonitus ab Episcopis, noluit eis facere iustitiam, excommunicatio . 7.casu.1.

Si exegit, vel exigi fecit pedagia à personis ecclesiasticis,vel alia onera,ibidem Casu. 5.

Si Christianos naufragium patientes spoliauit bonis,ibidem Casu.10.

Si grauauit personas ecclesiasticas,vel eorum consanguineos,quia noluerunt eligere,quem volebat,ibidem casu. 14.

Si regalia,vel custodiam, & huiusmod. sibi vsurpauit in ecclesijs vacantibus, ibidem casu.15.

Si extorsit absolutionem ab aliqua censura per metum,ibidem casu. 17.

Si compulit prælatos ecclesiasticos ad submittẽdum ei bona ecclesiarum, ibidem casu.21.

Si interdixit suis subditis,nè coquant,molant, & huiusmodi personis ecclesiasticis,ibidem casu. 26.

Si procurauit aliquem occidi facere per assassinos,ibidem Casu.31.

Si concessit represalias contra ecclesiasticas personas,ibidem casu. 33.

Si impediuit visitationes monialium,ibidẽ Casu.39.

Si immunitatem ecclesiasticã violauit capiendo homines in ecclesia,vide,immunitas,per totum.

Si præsentauit indignos existens patronus alicuiꝰ ecclesiæ,vide ius patronatꝰ. S.18.

Si fecit promoueri indignos, & si pro pecunia, quia vltra mortale est simoniacꝰ. Vide simonia.3.S.1.

Si voluit,quòd primò beneficia ab ipso petantur,quàm a Papa,mortale est, nisi aliqua rationabili causa faceret, puta nè indignis darentur,& huiusmodi.

Si fidem seruauit promissam,Vide pactum S. 4.

Si soluit seruitoribus suis, & creditoribus, Vide solutio.S.3.cum seq.

Circa ecclesiasticas personas, & primò circa Clericos in communi.

Si est irregularis,& quando, vel quomodo incurritur,habes, irregularitas primò, per totum.

Si est suspensus, & in quibus casibus incurrat eam,vide,suspensio primò,per totũ.

Si recepit ordines simoniacè,vel à simoniaco,Vide,simonia.6.S.9.

Si recepit ordines ĩ peccato mortali,vide Ordo.2.S.3.& 4.

Si executus est ea,quæ sunt ordinis in peccato mortali,vide,Clericus.8 & Eucharistia.2.S.5.Eucharistia.3.S.15. & 24.

Si existens excommunicatus, vel interdictus,aut suspensus ministrauit,vide,Irregularitas,primò.

Si non portauit tonsuram, vel habitum,vide,Apostata.S.1.& 2.&,Clericus.4.S.1. 2.& 3.

Si immiscuit se negotijs sœcularibus,vide Clericus.9.S.3.cum seq.

Si exercuit inhonesta clericatui,vide,Clericus.10.per totum.

Si est debitè literatus,vide Clericus. 2.per totum,& Episcopus S.26.

Si fuit ordinatus ante ætatem debitam, vide,ætas per totum.

Si dimisit horas canonicas dicere , vide, Hora.S.3.cum 8.S.sequentibus.

Si

Si dicendo voluntariè se occupauit in aliquo alio, Ibidem. §. 26.

Si non benedixit mensam, nec gratias reddidit post cibum. Vide, Cleric. 12 §. 3.

Si exercuit officium ordinis sine debitis paramentis, vel modo. Vide, missa. §. trigesimo quinto.

Si celebrauit in ecclesia polluta, vide, Consecratio ecclesię. §. 8.

Si celebrauit tempore interdicti, vide, Interdictum 8. per totum.

Si celebrauit ad faciendum malesicia, vide, Missa. §. 54.

Si celebrauit non ieiunus, Ibidem. §. 3. cum duobus sequentibus.

Si in altari execrato, vide, altare. §. 2.

Si plusquam semel in die, Vide, Missa. §. quadragesimo sexto.

Si cum hostia, vel vino corruptis. Vide, Eucharistia. 1. §. 1. cum sequentibus.

Si cum euagatione mentis, Vide, Missa. §. 2.

Si nimis rarò celebrauit, Ibidem. §. 43. & 44. vbi melius.

Si ante diem, vide, Eucharistia 3. §. 36. & Missa. §. 41.

Si existens in aliquo notorio delicto, Vide, Clericus. 8. §. 4.

Si habita pollutione celebrauit eadem die, vide, Eucharistia. 3. §. 28.

Si promisit alicui dicere missas, & non dixit, vide, missa. §. 52. cum seq.

Si existens bigamus portat tonsuram, vide, Bigamia. §. 12.

Si nimiam habet conuersationem cum mulieribus, Vide, Clericus. 5. §. 2. & alijs sequentibus.

Si participauit cum excommunicatis in diuinis, vide, Excommunicatio. 5. Casu. 4. &, Excommunicatio. 4. & 3.

Si fuit falsarius literarum apostolicarũ, Vide, Excommunicatio. 5. Casu. 3.

si sepeliuit interdictos, excommunicatos, vel vsurarios, vide, Excommunicatio. 7. casu. 18. & 36.

si vsurarijs manifestis alienigenis domos concessit ad fœnus exercendum, Ibi. casu. 32.

Circa beneficiatos vltra prædicta interrogetur de infrascriptis.

si obtinuit beneficium per simoniam, vel per preces carnales, aut aliud turpe, Vide, Adulatio. §. 2. & symonia. 3. & 5. & 6. per totum.

si est indignus propter literarum ignorantiam, vel aliud canonicum impedimentum; puta quia infamis, irregularis, corpore vitiatus, & huiusmodi, quia sic tenetur resignare in manibus valentis accipere resignationem, de quo vide, Beneficium. §. 43. & nisi fuerit cum eo dispensatum, vel in casu, vide, corpore vitiatus. §. 2.

Si obtinuit beneficium non intendens clericari, vide, clericus. 7. §. 5. & 6.

si permutauit beneficia, vide, permutatio. §. 1. cum seq.

si renuntiauit beneficio simoniacè, vide, Renuntiatio. §. 9 & 10. §.

si facit residentiam in beneficio suo, vide, Clericus. 7. in multis.

si habet plura beneficia, quorum vnum sufficeret, vide, Beneficium. §. 34.

si fecit quatuor partes de fructibus beneficij, vide, clericus. 5. §. 1.

si habens patrimonium seruauit, vt viueret de ecclesia, Ibidem. §. 2.

si expendit fructus beneficij in vsus inhonestos, Ibidem. §. 4.

si male tractauit ecclesiam, & eius ędificia, vide, clericus. 3. §. 1.

si vasa, & paramenta ad diuinum cultũ tenet immunda, vide, Vasa sacra.

si alienauit bona ecclesiastica, quę seruando seruari poterant, sine legitima causa, & cum debita solennitate, vide, Alienatio, per totum.

si locauit sub annuo censu vices suas alteri, vide, simonia. 2. §. 25. cum duobus sequentibus.

si induxit ad vouendum, vel iurandum de eligenda sepultura in sua ecclesia, Vide, Excõ. 5. casu. 14. & sepulrura. §. 35.

si leges, vel physicam audiuit, vide, Excommunicatio. 7. casu. 7.

si habentes eligere non elegerunt meliorem, vide, Electio §. 21.

si appetunt episcopatum aut prælationem superiorem, vide, Episcopus. §. 2.

si malè administrauit bona ecclesiastica vide, Administratio.

71 Circa prælatos habentes iurisdictioné maximè episcopos, vltra prædicta.

Si

Si electus se fecit confirmari, Vide, confirmatio electorum, per totum.

Si non correxit publicos criminosos, vide correctio.1.S.3.&, Episcopus, in princi. & S. 10.

Si posuit indignos in officio, vel beneficio, Vide, Episcopus.S.18. &, Administratio.S.2.

Si fuit nimis pomposus in ornatu huiusmodi, vide, Ornatus, per totum.

Si indebitè dispensauit in votis, habes votum.4.per totum.

Si in alijs, vide, Dispensatio, in prin. cum multis.SS.

Si aliquid exegit pro licentia ministrandi, vel docendi, vide, Magister.S.15.

Si contulit ordines indebitè, quibus nō debebat, vel quando, vel modo, quo debebat, vide, Ordo.1.2.3.4.5.6. & 7.

Si non examinauit ordinandos. sed ordinauit indignos, vide, Ordo.3 S.2. & 23.

Si sacramentum confirmationis non tenuit notabili negligentia, videtur mortale, vide, confirmationis sacramentum. S.1.

Si chrisma, & oleum sanctum non consecrauit in cœna domini omni anno, vide, Oleum, per to.

Si non fecit consecrationes ecclesiarum altarium, & vestimētorum, quibus debuit, est graue peccatum, vide in ver. consecratio altarium.

Si non habuit testes synodales, de quibus vide, Episcopus.S.10.

Si non visitauit singulis annis diœcesim Ibidem S.13.

Si non deputauit in ecclesijs cathedralibus, & conuentualibus viros ad prædicandas, & audiendas confessiones, vide ibidē. S. 14.

Si ordinauit in diaconum, vel subdiaconum, qui nescit officium, vide ibidem. S. 15.

Si non est vsus lineis, si non erat religiosus, Ibidem.S.29.

Si non seruauit nec fecit seruari canones, vide, Episcopus. S.21.

Si contulit beneficia simoniacè, vide Simonia.6.per totum.

Si plura contulit vni, vide, beneficium. S.23.& 26.

Si ratione consanguinitatis, vide, Acceptio personarum.S.4.& S. 10.

Si non prouidit de beneficio illis, quos ordinauit, vide, Beneficium.S.10.

Si visitando accepit munera ipse, vel aliquis de suis, vide, Visitatio.S.3.

Si posuit indebitas collectas, vide, Tallia, in princ.S.1.

Si vsurpauit bona vacantia ecclesiarum vide, Beneficium.S.39.& 40.& 41.

Si non soluit debita iustè cōtracta a suo prædecessore, vide, Dignitas.S.1.

Si quæstuarios pro lucro permisit, indiscreta prędicare, quia tenentur ipsi reddere rationem domino de omni malo, & satisfacere subditis de omni damno dato propter hoc.c.fi.de iniurijs, & vide, symonia.3.S.8.

Si incerta sibi appropriauit, vide, restitutio.2.S.14.& 15.

Si testamenta, & legata non fecit implere, vide, Executor.S.11.

Si non tenuit bonum vicarium, cum ipse non attendat, tenetur de damno.

Si iniustam sententiam dedit, vide supra dicta de iudicibus.

Si in excommunicando non seruauit debitam formam, vide. Excommunicatio.2. per totum.

Si in diebus festiuis non interfuit diuinis, vide, Horę.S.16.

Si exemptos molestauit indebitè, mortaliter peccauit, si in aliquo notabili hoc fecit, qa non habet iurisdictionē in exēptos.

Si consecrauit corruptam scienter pro moniali, vide, Consecratio virginum.

Si visitauit monasteria monialium, & fecit, vt seruent clausuram, Vide, supra, Exēptus S.10.& Monialis.S.3.

Si hospitalarios visitauit, & fecit, vt facerent debitum, vide, Hospitale.S. vlti.

Si dedit malum exemplum subditis, vide, Exemplum.

Si magistrū tenuit in ecclesia, & facit in alijs teneri pro pauperibus, & clericis, Vide, Magister.S.7.& supra, Episcopus. S. 11.

72 Circa Confessores.

Si audiuit confessiones non habens autoritatem, & si vis scire, si habes autoritatē, vide, Confessio.3.per totum.

Si absoluit à qbus non potuit, vide quid potest, Confessio.3.& 5.& Casus, & a quibus

bus excōicationibus,habes,absolutio.1. §.1.& 3.4.& 5. & Absolutio.2.in princ. & per totum,& de modo absoluēdi,Absolutio.3.per totum.
Si absoluit manifestos vsurarios,vide Vsura.2. §. 8.
Si dispensauit sine autoritate, quia peccauit mortaliter.
Si nimis festinanter interrogauit, vel non interrogauit,vide hic in prin.
Si interrogauit, quod non debuit ex delectatione,vide supra.§.1.
Si reuelauit confessionem, vide,Confessio vltimò, per totum.
Si existens in mortali audiuit confessionē, vide,Clericus.8.§.1.
Si audiuit confessiones principaliter propter lucrum, vide, simonia primò,per totum,& simonia.2.§.6.
Si habet scientiam debitam, vide,Confessio.4 §.3.
73 Circa Predicatores.
Si prędicauit in mortali peccato existens, vide,Prædicare.§.7.
Si habet scientiam debitam,ibidem.§.6.
Si pdicauit mendacia,vide,Mendaciū.§.4.
Si prædicauit propter honorem, vide,Honor.§.7.
Si propter lucrum, vide, simonia primò, per totum,& simonia.2.§.6. & simonia. 3. §. 9.
Si prædicauit sine licentia, qa mortaliter peccauit toties, vide,Prędicare,in prin.
Si prædicauit indulgentias indiscretas, vide,religiosus.§ 65.
74 Circa Inquisitores hęreticorum.
Si extorsit pecunias, vide,Inquisitor.§.5.
Si bona ecclesiarum applicauit fisco, ibid.
Si abusi sunt armorū multitudine, ibidem.
Si maliciosè imposuerunt crimen, vel impedimentum sui officij alicui, ibidem.
Si omiserunt procedere contra conscientiam ex amore lucri,& huiusmodi, ibi.
Si inquisitor vnius ordinis processit cōtra fratrem alterius ordinis, Ibidem.
Si impediuit se de diuinationibus, vide ibidem.§.3.
75 Circa Religiosos in communi.
Si intrauit per simoniam, vide, simonia 4. per totum.
Si intrauit latiorem habens votum strictioris,vide,religiosus. §.34.
Si non fuit obediens, vide, Religiosus. §. 29.
Si proprietarius fuit, Ibidem.
Si contra votum castitatis, ibidem.
Si officium dicit, vide,Hora, per totum.
Si seruauit alia præcepta regulæ,vel constitutionum obligantia ad mortale, vide, Religiosus.§.28.
Si elegit meliores,vide,electio.§.11.
SI infamauit alias religiones, vide, Detractio, per totum.
Si noluit consentire electioni, vide, Electio.§.30.
Si secreta sui ordinis reuelauit in scandalū ipsius,peccauit mortaliter, quia proditor est.
si in visitatione non reuelauit, quæ debebat, vide,Denuntiatio.§.10.
si fecit aliquid contra ea, quæ generaliter prohibentur religiosis,vide,Religiosus. §.vltimo.
si recessit a monasterio sine licentia prælati,vide,Apostasia.§.4.
si frequentauit monasteria monialium,vide,Monasterium.§.8.
76 Circa monachos.
si seruauit quę sibi præcipiuntur, & quæ sint vltra regulam, habes infra, Monachus.§.10.
77 Circa Abbates.
si habuit curam sibi commissorum, eos vita & doctrina instruēdo,vide, Abbas. §.10.
si dispensauit cum eis sine causa legitima, vide,Dispensatio. §.7.
si imposuit monasterijs,aut prioratib⁹ nouas pensiones, vel auxit veteres, vel applicauit suę mensę, vide,Abbas.§.26.
si seruauit regulam,& sibi præcepta, vt infra, Monachus.
si requisiuit apostatas, vide,Abbas. §.18.
78 Circa abbatissam, si fecit se benedici, vbi est consuetudo,vide,abbatissa.§.2.
si fecit seruari clausuram, vide,Monialis. §. 3.
79 Circa hospitalarios.si fecit inuentariū, vide,Hospitale. §.2.3.4.
si tenuit hospitalitatem,ibidem.§.vlt.
si bona hospitalis conuertit ad aliū vsum, vide,Legatum.2.§.11.

si

prij, a vt cũ quis minus debito amat vitam propriam & ea, quæ ordinatur ad eã. Aliquando causatur ex elatione animi de se pręsumẽtis, & alios contẽnentis. b Aliquando autem causatur ex stoliditate, seu stulticia. c

1 Verũ sit peccatum? Res. ꝙ sic, vndecunque causet, nisi stoliditas sit inuincibilis, & est ratio. 3. ethi. Intimiditas est contra fortitudinem ꝑ defectũ non timẽdi, vbi esset timẽdum, sicut timor cõtra fortitudinẽ per excessum timẽdo, vbi non timẽdũ est, & secundùm Thom. vbi supra, ar. 2.

2 Quãdo est peccatũ mortale? Res. illa, quæ causatur ex defectu amoris, & elationis, tunc est mortale peccatũ, qñ sine necessitate exponit se periculo probabili notabilis læsionis corporis, vt q concurrit ad rixas, & multò magis aĩæ, vt de eunte ad choreas, vel nõ curat de eius notabili læsione omittendo prouisionẽ debitã facere. Tertia verò, quæ causatur ex stoliditate, cõiter est a veniali, nisi proueniat ex lata culpa in his, in quibus imminet periculũ probabile notabilis nocumenti, & propterea omittit debitã prouisionẽ, nisi vbi stoliditas est inuincibilis.

INTRUSUS dicitur, q non canonicè, sed ꝑ violentiam occupat honores, vel beneficia ecclesiastica, vnde fur est, & latro. & est in peccato mortali, & tenetur restituere omnia, quæ inde recipit, capitulo, grauis, de restitutione spoliatorum.

INVENTA d an sint restituenda? Res. ꝙ quædam sunt, quæ fuerũt in dominio alicuius, & talia inueniens tenetur restituere, imò furtũ committit, q ea animo non restituendi accipit. l. falsus. §. q alienũ, & §. se. ff. de fur. & 14. q. 5. cap. si qd inuenisti, siue talia amiserit domin⁹ ipsatũ ex ruina, vel incendio, vel naufragio, vt ff. de incen. rui. na. ꝑ totũ. Idẽ dico de iactatis in mare cã nauis alleuiandæ. ff. ad l. Rho. de iac. l. qui leuiandæ, aliàs leuandæ, Et ibi no. in gl. vel qualitercũque amisit, & hoc verũ, nisi haberẽtur pro derelictis, & tunc credit Fede. cõ. 17. ꝙ habeãtur ꝑ derelictis, si dominus tacet, nec per se nec per alios perquirit, qa d. l. q leuiandæ, vel leuandæ, videtur statim imponere necessitatẽ perquirẽdi res amissas, & sic ista negligẽtia non q̃rendi tollit primã ꝑsumptionẽ, quã facit lex, s. ꝙ nõ habeant ꝑ derelictis, nisi aliter constet ꝑ qualitatem, actus de volũtate dñi, cũ nemo præsumitur iactare res suas, d. l falsus. §. si iactum, & d. l. q leuandæ, qđ no. pro limitatione eorum quæ dico ĵ. Naufragium. §. tertio nec talia inuenta, qñ non habentur pro derelictis, possunt vsucapi, quia in eis deficit titulus pro derelicto, vt in l. si quis merces, ff. pro derelicto. Vnde cõsuetudo aliquorum, qui iactata in mare vel a fluminibus portata occupant, videtur expresè reprobata per dicta l. qui leuandæ, & licèt loquatur de iactatis in mare, tamen idem est de

a Amoris proprij] quia timor ex amore nascitur, Idem iudiciũ erit de amore, & de timore. Agitur autẽ hic de timore, cum mala tp̃alia timentur, qui prouenit ex bonorũ tẽporaliũ amore. insertum aũt est vnicuiq; naturaliter, vt propriam vitã amet, & ea quæ ad ipsam vitam attinent, debito tamen modo, vt scilicet amẽtur huiusmodi, non quasi finis constituatur in eis, sed eis vtendum est propter vltimum finem. Vnde, ꝙ aliquis deficiat a debito modo amoris ipsorum, est contra naturalẽ inclinationem, & per consequens peccatum. Nunquam tamen aliquis a tali amore totaliter decidit, quia quod est naturale, totaliter perdi nõ põt. Vnde Ephe si. 5. Nemo vnquam carnẽ suã odio habuit. Et ideò etiam illi, qui seipsos interimunt ex amore carnis, suę, hoc faciunt, qa volunt ab angustijs suis liberari, vnde contingere põt, quòd aliquis minus, quàm debeat, timeat mortem, & alia temporalia mala ꝓpter hoc, quòd min⁹ debito amet ea, sed quod nihil horũ timeat non potest ex totali defectu amoris contingere, sed ex eo ꝙ æstimat, qđ mala apposita bonis, quæ amat, sibi subuenire nõ posse, quod contingit, vt hic.

b Et alios contemnẽtis] Vnde Iob. 41 Fact⁹ est, vt nullum timeret.

c Seu stultitia] Vnde Aristot. 3. Ethi. stulti propter stultitiam nihil timent.

d Catechism. in præcep nõ fur. faci c. ij. & de satisfa. ca. postrẽ. Pet. Ven.

d Inuenta] An inuentũ per vnũ socium itineris a casu, vel fortuna sit cõmune, Cy. in l. tandiu, in fi. C ꝓ so. Dicit ꝙ non, Pe. de per. trat. de duo. fratri. 5. parte q. 7. dicit. q. esse puerilem, & credit dictũ Cy. esse verũ, nisi esset societas omniũ bonorum. l. 3. §. specialiter, ff. ꝓ so. & l. cum duobus. §. sociũ vniuersa eo. ti. Hoc intelligit, si tale inuentum fieret occupãtis, vt lapilli in littore maris, vel esset pro derelicto, ff. de acqu. pos. l. 1. oportet etiamꝙ talis inuẽtio fiat per apprehẽsionem, non per visum tantum secũdùm Paul de Cas. i d. l. 1. aliàs secus per regulã, q̃ hẽt, Quod tuum non est ad aliũ spectare scire debuisti. l. cũ quærebatur, C. vnde vi.

ablatis à flumine, vt sūt ligna,& huiusmodi, cum parū differant ab illis, vt dicit tex. Insti. de re. diui.[a] §. vlt. facit auth. nauigia, C. de fur. Quædā sunt, quæ nunq̄ fuerunt in dominio alicui⁹, vt lapilli in littore maris, feræ siluestres, & huiusmodi & talia fiunt occupantis, siue bestię capiant in fundo proprio, siue ī alieno, dummō non fuerit prohibitus intrare à dño fundi.[b] siue fuerint antea vulneratæ ab aliquo, dummodo eas non prosequeretur, Insti. de re. di. in multis. §§. vt patet in §. ferę, & §. illud, & ff. de acqui. re. do. l. 3. & l. naturalē, nisi secus sit de consuetudine, qa tunc stabitur consuetudini. l. ꝙ si nolit. §. qui assidua, ff. de ædili. edic. ſm gl. in d. l. naturalē. §. illud. similiter si essent captæ in rete alieno, non credo sint accipiētis ſm gl. i l. in laqueū[c] ff. de acqu. re. do. & Inst. de re. diui. §. singulorū, licèt rigor iuris videatur velle, ꝙ sint capiētis, ibid. Ferę verò siluestres, sed domesticæ factæ sicut pauones, colūbæ, apes in alueo, & hmōi, tandiu sunt possidentis, quandiu habēt animū reuertēdi domū, sed si bis aufugiant, nec horis debitis non impeditæ reuertuntur, fiūt capientis, qa consuetudo inducitur per binū actum. l. 5. C. de episcopali audi. & sic non dicūtur habere animū reuertēdi, animalia verò naturaliter domestica vt gallinæ, & hmōi, semp sūt domini, & capiens ea, tenetur restituere cū fructibus, puta ouis, & hmōi. §. gallinarū. Insti. de re. di. & ff. de acqui. re. do. l. naturalem. §. gallinarum.

1 Vtrū inueniens thesaurū teneatur restituere? Res. ꝙ si in suo solo inuenit, sic suū erit, si verò in alieno solo, & a casu, sic medietas erit sua, & alia medietas erit domini soli. Si vero data opera totū erit dñi fundi Inst. de re. di. §. thesauros, & C. de thesau. l. vnica, lib. 10. Nec est verū, ꝙ dicit gl. in c. si qd. 14. q. 5. ꝙ inuētus in loco sacro, vel religioso sit inuētoris, sed erit ſm distinctionē prædictā, vt exp̄sè tenēt doc. in d. §. thesauros, qa hodie ecclesiæ, & loca religiosa sūt prælatorū. Idem dic, si inuenit in loco publico, & sic ītellige. l. 3.[d] §. de. ff. de iu. fis. & aduerte hic qa in suo non dr̄ inuenire vsufructuarius, nec ille, q̄ habet bona hypothecata, nec maritus, si inuenit in fundo dotali, nisi solū q̄ ad maritū vt teneat in vita vxoris, sed dissoluto matrimonio[e] restituere tenetur vide Bar. in l. si is q. §. fin. ff. de acqui. re. do. emphyteuta verò, qui habet vtile dominiū, diuidet cū dño, qui habet directum dominium vide Bar. in l. causæ, in fin. ff. de procu.

2 Quid de terra p alluuionē addita terræ alteri⁹? Res. distinguēdo, qa insula nata in mari est occupātis, ī medio verò fluminis ē cōis habētib. p̄dia iuxta flumen ex vtraq; parte: si verò est ī medio, est illius, cuius est pximior, ager verò a flumine diuiso circūdatus remanet cui⁹ erat. & si flumē mutat alueū, prim⁹ alue⁹ efficitur corū, q̄ p̄dia circa eum ha-

a Et insti. de re. di.] §. vl. in fine dicit, quòd simile indiciū est de his, qui de rheda, idest curru cadunt.

b A domino fūdi] De quo dic, vt infra, venatio, in postilla magna Et adde, quòd si aliquis accipit de ore lupi, vel milui, vel de ore alterius tenetur restituere domino l. Pōponius, in fi. ff. de acquiren. rerum do.

c Secundū glo. in l. in laqueum.] Dicit glo. in d. §. illud, quòd sunt capientis, & pro hoc est etiam tex. i d. l. in laqueum, Bartol. ibi dicit, qd̄ in laqueo cecidit, nō est meū, nisi manualiter capiatur. tu dic hoc de ęquitate, vt hic patet.

d Et sic intellige. l. 3.] Secundū tamen gl. intelligitur illa lex ſm ciuilē actionem, & non ſm naturalem æquitatem. vt in d. §. thesaurus, qui vult totum esse inuentoris.

e Sed dissoluto matrimonio] Barto. hoc dicit in l. diuortio. §. si fundum, ff. soluto matr. & ibi gl. Host. in c. dudum. 2. de ele. refert ibi Pa. super glos. in ver. furtum. Dicit, ꝙ nō est iniquum dicere, vt aliqd detur inuentori, vt inducantur potius ad manifestandū, quàm celandum, arg. optimum in l. 4. in fine. ff. de condi. ob turp. causam, sed certè hoc dictū iure non probatur. Nam loquitur ille tex. quādo à principio quis conuenit cum domino, vt aliquid accipiat pro indicando seruum fugitiuum, quia tunc valet conuentio vt ibi. Sed hoc forte ideò, quia seruus fugitiuus non erat apud istum indicatorem, sed quādo res est apud eū differendo restitutionem cōtrectat rem alienā inuito domino, Et sic est tunc cōmittere furtum. Valet tamen dictum Hostien. in practica, vide supra, celare. Item inueniens rem alterius non potest licitè petere, quòd aliquid sibi detur pro inuentione. l. falsus. §. qui alienum, vel si. quid ergo si pretium & ibi Bartolus ff. de fur. Guilel. & A. ber. in l. 4. §. vltimo, ff. de cond. ob tur causam, dicunt hoc esse multum no. quia sæpe occurrit; tamen pro labore inueniendi de futuro potest aliquid accipi, vt lege nauis onustæ. §. sed si nauis, ff. ad l. Rho de iac. secundùm Bartolus in d. §. qui alienum, & Ab. vbi supra.

Lædamur,

bent, & secund° alueus est publicus; & si reuertitur ad primū, secundus alue° erit eorū, q habent prædis circa eū. Similiter ager inūdatus, aqua ipsa recedente, remanet eius cuius erat. hæc habēt Inſ. de re.di.§.iſula. & ſic ſerua, niſi cōſuetudo ſit in cōtrariū, vel ſtatutū.

3 Sed qūo teneē reſtituere ille, q neſcit, cui° ſit? Rñ. q ſi res non habebatur ꝓ derelicta, tenetur facere denūciare publicè, & ſi poſt nō cōparet, cuius ſit, erogabit in pauperes ſm Hoſ. vel ſi ipſe eſt pauper, retinebit autoritate epi, vel ſui cōfeſſoris ſm Rai. & orabit pro illo, cuius erat. Si verò ꝓbabiliter pt præſumere, quia dñs eam habeat pro derelicta, ſic poterit vſucapere, l. idem quod, ff. pro dereli.

INVESTITVRA ꝓpriè eſt poſſeſſionis rei traditio, impropriè aūt eſt alicuius corporei loco poſſeſſionis in manib° poſitio. vnde, qñ dominus dat vaſallo haſtā, vel aliquod ſimile, dicēs ſe facere inueſtiturā, vt in tit. quid eſt inueſtitura, inueſtire dicitur.

1 Vtrū ſit fienda corā teſtibus? Rñ. q ſic. nōn qa nō valeat ſine teſtib°, & inſtrumento, ſed vt veritas ꝓbari poſſit, & quidē ſi fiet de beneficio nouo, tunc ſi pares, .i. vaſallos habet, corā trib. vel ſaltē duob° ex eis teneē facere. ſi verò pares .i. alios vaſallos nō habet, faciat corā alijs idoneis teſtib. Si aūt inueſtiat de veteri beneficio, pōt fieri corā quibuſcū que idoneis teſtib°, vt ī tit. qui teſtes ſunt neceſſarij, & ēt ſi eſt clericus, qui inueſtituram facit de rebus proprijs; de rebus verò eccleſiæ admittūtur omnes teſtes idonei ſecundùm Hoſtien.

INVIDIA ſm Da.li.2.eſt dolor de alienis bonis, ſed aduerte, q cum obiectum triſtitiæ ſit malum proprium, ideò de bono alterius pōt eſſe triſtitia, prout apprehēditur vt malū ꝓpriū, & ſm hoc quadrupliciter. Primo modo inquantum ex eo nobis aliquod periculū imminet, ſ. nè ab eo lædamur. a & hæc triſtitia non eſt inuidia, ſed effect° timoris, vt dicit phi. 2. Rhet. & pōt eſſe ſine peccato, vt dicit. Gre. 2. mor. Alio mō apprehenditur, inquantū eſt diminutiuum propriæ gloriæ, vel excellētiæ, & hęc triſtitia eſt propriè inuidia ſm Phi. b vbi ſ. & ex genere ſuo eſt peccatū mortale. Iob. 5. paruulum occidit inuidia, cum ſit cōtra charitatem. Sunt tamen primi motus inuidiæ quandoque etiam in perfectis ex ſurreptione, qui ſunt venialia peccata, & eſt ſimile de inuidia paruulorū, in quibus non verè eſt vſus rationis, & de motu inuidiæ, ſm quòd eſt paſſio ſenſualitatis. Tertio modo apprehenditur bonum alterius, inquantū deeſt nobis, quod alius habet, & ſic triſtatur, & hæc triſtitia non eſt inuidia, ſed propriè dicitur zelus ſm Phi. vbi ſupra. Et ſi eſt de bonis honeſtis, eſt laudabilis, ſm illud 1. Cor. 12. Emulamini chariſmata meliora. Si autem ſit de bonis temporalibus, aut de bonis inhoneſtis, pt eſſe peccatū, & ſine peccato, & aliqñ cum mortali, puta cū talia ſunt contra deum Quarto modo apprehenditur bonū alterius, prout poteſt cedere in damnum multorū iniuſtè, & ſic nō eſt inuidia c ſm Gre. nec peccatū, puta cū qs triſtatur de proſperitate alicuius tyrāni quia videt, quòd magis, tyrannizabit.

1 Quot ſunt eius filiæ? Reſ. ſecundū Gre. 31. mor. 4. ſ. Odiū d Suſurratio, Detractio de quib° habes in locis ſuis, exultatio ī aduerſis, & afflictio in proſperis proximi, inquantum eueniunt proximo contra conatum inuidentis, ſed quādo triſtatur de proſperis, ſm quòd habent quandam gloriam ſic eſt inuidia, non eius filia. æmulatio verò, & inuidia idem ſunt generaliter, licēt propriè inuidia attendatur in actu interiori, æmulatio verò in actu exteriori, vt dicit gl. ſup illud Gal. 5. æmulatiōes, inuidię.

Ipocri-

a Lædamur] Vt ſi quis triſtatur de bono inimici ſui, & exaltatione, timens ab eo lædi.
b Secūdū philoſophū] Quia dolet de eo, quo gaudendū eſſet.
c Et ſic nō eſt inuidia] Hæc oīa habētur ſ. h. 2. 2. q. 36 art. 1. & 2. vbi ēt dicit, q aliqs triſtatur de bono alteri°, in quātū ille, cui accidit bonū, ē eo indignus, q triſtitia nō pōt oriri ex bonis honeſtis, ex quib° aliqs iuſtus efficitur. Sed ſicut dicit Phi. 2. rhe. eſt de diuitijs, & talibus, quæ pñt cōuenire, dignis & īdignis & hoc vocatur nemeſis. ſed hoc dixit Phi. quia cōſiderabat hæc bona tpalia eē magna ſm ſe. ſed ſm doctrinā fidei nihil ſunt, & deus aliquando cōcedit ea indignis, vel ad eorum correctionē, vel ad dānationē, vnde dicitur in pſal. Noli emulari in malignantib. &c. ex quo patet, q talis iuſtitia ꝓhibetur, & hoc ēt patet ex alio pſal. zelaui ſuper iniquos, pacē peccatorū vidēs. Qualiter aūt ſit vitiū capitale, & mortale ponit Tho. vbi. ſ. ar. 1. & 3.
d De his catech. in præcep. non occides, circa finem præcipuè, & in pręcep. Nō loqueris cō. proxi. & c.c. prohibetur. P. V.

a Catech in prę cep. Non loqueris cōtra proximum &c. c. prohibetur. P. V.
b Catec. in pce. Non occides.
c De his Catho. ibidem. P. V.
d Irregularitas] Scias ẽm Sco. in 4. dist. 25. ꝙ irregularitas ẽ inhabilitas ad susceptionem, & executionē actuum ordinū, & incurrit frequēter iure, quis posset aliqñ intelligi a iudice secūdū iura. Incurrit āt a iure ex qbusdā criminib⁹, & qui busdā nō criminib⁹, & ex qbusdā, quæ pñt esse crimina, & aliqñ non crimina. Ex criminibus quatuor pertinētib⁹ ad ordines, vel actus eorū, quorū vn⁹ est simonia, secūdus furtū in ordine, tertius ministeriū i ordine nō suscepto, quart⁹ cōtumacia in nō seruādo pœnas ecclesiasticas. Ex qbusdam non criminibus, vt per seruitutem, per illegitimationē, & per turpē vel enormem mutilationem. Ex his quæ possunt esse crimina, & non crimina, vt bigamia, & homicidium; & sic sunt nouem modi, ex quibus incurritur irregularitas, de quibus infra per totum.
e § Itē Dani.] vbi intesta. ve. licitū fuit occidere; ergo irregularitas est de iure positiuo.

IPOCRISIS. a Vide, Simulatio.

IPOTHECA quid sit, & de ea vide, pignus, per totum.

IRA est quędā passio appetitus sensitiui propriè, quæ dicitur vis irascibilis qua quis vindictā apperit, quæ quidem passio in tantū est bona, inquantum regulatur à rōne. Si verò ordinē rationis excludit, est mala, ordo aūt rōnis in ira pōt attendi quantū ad duo, primò quantū ad apperibile, in quod tendit, quod est vindicta, vnde si quis appetit, ꝙ secundū ordinē rōnis vindicta fiat, sic dr̄ zelus, & est laudabile. Si aūt appetat ꝙ fiat vindicta qualitercunque, ēt ꝯtra ordinē rōnis, sic est ira ex genere suo peccatū mortale, qa contrariatur charitati & iustitiæ, posset tñ esse peccatū veniale ꝑp imperfectionē actus, & hoc vel ex parte appetētis, vt cū appetitus pũenit iudiciū rōnis, nec sequit̃ cōsensus ad eū, vel ex parte appetibilis, vt cū appetit in modico vindicare, ꝙ si inferatur, nō erit mortale, vt trahere puerū per capillos, & hmōi, secundò attēditur ordo rōnis in ira quantùm ad modū irascendi, vt s. motus iræ non immoderatè feruescat interius, vel exterius, q ordo si prætermittatur, non erit sine peccato, ēt si iustā appeteret vindictam, sed non erit mortale ex genere suo, sed posset esse mortale peccatū, puta si ex vehemētia irę excidat à dilectione dei, vel proximi.

1 Quomō progreditur? Resp. ꝙ tres hēt modos, Scilicet primò in corde vindictam appetēdo, de quo Mat. 5. qui irascit̃ b fratri suo, s. per itam mortalem. Secundò in signis manifestatur, & ideò subiungit, Qui dixerit fratri suo, racha, quod est interiectio irascentis. Tertiò in facto nocumentum inferendo liuore vindictæ. Si primus gradus est mortalis, multo magis Secundus est grauior. Tertius grauissimus, si deterius noceat.

2 Quot sunt eius filię? Resp. Gre. 30. Mor. qđ. 6. s. Rixa, c Tumor mētis, Contumelia, Clamor, Indignatio, Et blasphemia. Adde. 7. s. bellum. Et 8. scilicet maledictio. Et 9. scilicet seditio, de quibus in locis suis.

IRREGVLARITAS d est impedimētum, seu repulsio executionis diuini officij, seu sacramenti ex canonica constitutione proueniens, arg. de tempo. or. c. vlti. & dicitur strictè irregularitas quasi extra regulas aliorum quò ad ordinationē, quia requiritur dispensatio, dicitur etiam magis largè irregularis, qui non potest ministrare in susceptis, nec ascendere ad maiores, hæc introducta est à iure positiuo, vt 2. q. 7. c. nos. S. item Daniel, e licèt in veteri testamento fuerit præordinata in persona Danielis de cons. dist. 1. c. 1.

1 Irregularitas in quibus casibus incurritur ipso iure? Rñ. ꝙ aliqñ ex delicto, aliqñ ex defectu corporis, aliqñ ex defectu sacramenti, de quib⁹ habes per doc. in c. nisi cū. S. personæ, verò, de renūti. sed pro clariori intelligētia casus ex quib⁹ aliquis efficit̃ irregularis, hoc est ꝙ nō pōt promoueri, vel si promotus non potest exercere suum officium, explicabo inferius q reducūt̃ ad 13.

2 Primò ex homicidio, vel truncatione, aut mutilatione membrorum, vt supra, homicidium. 5.

3 Sed quid si fuit in leuissima culpa homicidij, dando operam rei licitæ? Resp. ꝙ non est irregularis. facit tex in ca. ręsiñ, de pę. & te. in ver. verùm ex incuria, & ibi no. Pa. & per hoc limita, & intellige, quod dico supra, homicidiū. 2. S. . & 1. S. 17.

4 Vtrum clericus respondens iudici sic, pro tali crimine debetur pœna mortis, sit irregularis? Resp. Pa. in c. ex literis, de exce. præl. sic distinguendo secūdum Host. ꝙ aut crimen imminet puniendū de præsenti, & sic, si ex cōsilio suo generali, vel speciali se

quatur

quatur homicidium, est irregularis, i c. si quis viduã. l. di. Si verò ex sua responsione non sequitur homicidium, quia omnino iudex erat dispositus illum occidere, & iste interrogatus fuit a quodã alio, & hmõi, sic non est irregularis. Similiter non est irregularis, qñ crimen non imminet puniendum de pñti, quis rñdeat, ꝙ mereatur mortẽ. Et sic intellige gl. [a] in d. ca ex literis, in ver. consuluit.

5 Vtrũ existens in bello, si aliquis ibi occidatur, sit irregularis, licẽt ipse non occiderit? ℞. ꝙ si bellũ est iniustum, omnes irregulares sunt, qui fuerunt ex parte iniurantium, si illuc iuerũt vt bellantibus præstarẽt auxilium, consilium, vel fauorem, multomagis, si vt aduersarios lęderent ſm Inn. & Ho. in c. petitio, [b] de ho. secus, si cã pacificandi, vel cã iusta iuerunt, ar. a cõtrario sensu in c. quãtum. l. di. & c. presbiterum, de hom. tñ verũ est ſm Rai. & Rod. & Gui. ꝙ ab epo poterit cũ pdictis dispẽsari, Pa. in d. c. petitio, de clericis loquit.

rat. quod met. causa, perlatum. 31. q. 2. Lothari⁹, in fi. vnde, qui iurauit redire ad carceres, si carcer est iniuriosus, non tenetur redire, quod met. causa. c. 1. secus esset, si non esset iniurios⁹, quia tenetur, etiam si immineret periculum mortis, secundùm gl. in Cle. pastoralis, de re iud. & Bart. in l. relegati,[a] ff. de pę. Et ideo istud est verū, quando vult euadere illud, quod indebitè sustinet, & sic vt euadat, iurat non intendens se obligare, secus esset, si intendebat se obligare, quando iurauit; quia tunc dic, vt supra. §. 9.

38 Xxv. non obligat iuramentum, quando iuramentum est conditionale, vel propter causam,[b] quia nisi conditio exiet, vel causa, non obligatur, de condit. appo. c. verū, de iureiu. c. peruenit, el. 2. & hoc intellige, quando tota obligatio ponebat in conditionis euētum, vel propter causam, aliàs teneretur. vnde iurans ire ad Sāctum Iacobum, vt fratrem suum videat, & peccata sua redimat, licèt frater su⁹ decesserit, tenetur nihilominus ire propter aliam causam.[c]

39 Xxvi. Non obligat quādo singulares firmant statuta collegij cum iuramēto: dictis statutis sublatis per ipsam vniuersitatem, vt dicit Ioann. Andr.[d] in capit. primo de his quę fi. a ma. par. c. quia non obligat nisi remanentibus statutis, vnde eis sublatis per vniuersitatē, tollitur iuramenti vinculum, quasi iuramentum liget singulos, vbi singulares contraueniunt, secus, si contraueniunt collegialiter tollendo statutum. Pan. verò in capitul. dilecto, de præbend. distinguit, & benè, quòd aut singulares de collegio iurant vt singulares, & sic est vera opinio Ioann. Andr. exemplum statuto cauetur quòd nullus det vocem non matriculatus. Iurauerunt singuli seruare statutum. Similiter quod nullus vadat de nocte, statuunt, iurant seruare statutum, certè quia hoc côcernit obseruantiam singulorum, ideo si collegium tollat statutum, non peccabūt contrauenientes, quia iuramentum erat statuto accessorium, & remoto principali remouetur, & accessorium. Si verò iuramentum astringit eos ad obseruantiam vt collegialiter, sic sine periurio non possunt contrauenire etiā collegialiter causa rationabili non subsistēte, exemplum. vt in dicto capitul. dilecto. Nam canonici iurantes, vt etiam collegialiter non recipiant, quia non est dubium, quòd vt singuli non possunt eligere canonicos, Paulus verò in Clemen. 1. de regula, dicit, si iurant statutum seruare, quod si collegialiter contra ueniunt, non sunt periuri, quia tollunt statutum, & per consequens[e] iuramentum. Si verò iurant seruare contenta in statutis specialiter, puta, non ibo de nocte, & huiusmodi, non habito respectu ad statutū, sic sunt periuri, si contrauenerunt qualitercunque.[f] Aduerte tamen, quòd in casu, in quo non possunt contrauenire collegialiter, debet intelligi, nisi per causam concernentem fauorem publicum, quia sic possent contrauenire, non obstante iuramēto, quia istud intelligitur exceptum,

si mihi soluis pensionem.

c Propter aliam causam] ad hoc. §. affinitatis, inst. de nup. vbi quando sunt plures causæ finales, cessante vna nō cessat effectus.

d Vt dicit Ioan. An.] Et subdit, si teneretur cōtrarium, ferè oēs sęculares essent periuri, & officiales qui iurant seruare statuta, & post modū tractu tēporis statuta tolluntur.

e Et per consequens] Quod pñt, quia quælibet constitutio habita ē retractabilis de sui natura secundū tempus, & cōditiones occurrētes, quibus statuentes se dñt cōformare. c. nō debet, de consan. & affinit. & mutari potest per eos, qui fecerunt, quia par est ius ligandi, & soluendi. 64 di. c. verum. 11 q. 1. §. ex his.

f Si cōtrauenerunt qualitercūque] Hæc omnia refert Cardi. in d. Cle. 1. in prin. 2. q. vbi latè.

vt no. Pa. in d.c. dilecto, & secundùm prędicta intellige gl.[a] in c. in his. 11. dist.

40 Vtrũ successores in aliquo collegio, vel vniuersitate, in qua pdecessores fecerant statuta, & iurauerát ea seruare, teneãtur sub pęna, periurij talia statuta seruare? ℞. ꝙ non, quia obligatio iuramenti [b] est personalis ex parte iurantis, nec extéditur ad successores quãtũ ad periuriũ, licèt teneant ipm seruare, de solu. c. 1. de vsuris. c. tua, de iureiu. c. veritatis, sed ex parte eius, cui iuratur, transgreditur personá, vñ promittens obedientiá prelato, & successorib[c] eius, non tenetur iterum ꝓmittere successori, qa est ei obligatus, sicut antecessori, cui ꝓmisit. Fallit in liberto, q tenetur & debet professionem facere intra annum nouo patrono. 12 q. 2. lóginquitate, & c. sæpe fit. no. Inno. & Ber. in d.c. veritatis.

41 XXVII. Quando quis iurat incautè, & hoc propter aliquam necessitatem implere non potest. 15. dist. §. aliàs ea demum.[d] exemplũ pone de matre, quæ iurauit filium verberare, & huiusmodi minima, quia videtur veniale tale periurium promissorium, quia non videtur Deus acceptare cum maiori obligatione, quàm natura eorum importet, vt ibi patet.

42 Vtrum in dependentib[9] ab animo alicuius, vel conscientia sit standum [e] ei[9] iuramento? Resp. Pan. in c. vidua, de regula, quòd sic, vt extra de sen. excommun. c. si verò, el. 2. de homi. significasti, & c. vidua, prędicto, quod videtur contrarium, quia intelligitur, quãdo certa pręsumptio extrinseca coniecturat animum, quia tunc non statur in præiudicium alterius, aliàs sic.

IVRAMENTVM. 6. quò ad absolutionem quis pót absoluere [f] a iuramento licito tam ex parte iurantis, quàm recipientis? ℞. Pa. in c. quanto, de iureiur. aut iuramentum fuit præstitum in materia spectante principaliter ad Papam, vtputa cum canonici iurauerunt non recipere vltra talẽ numerum aliquem in canonicũ, & huiusmodi, & sic Papa potest etiam sine causa absoluere, quia in tali iuramento intelligitur excepta autoritas Papæ, vt in ca. venientes, eo. ti. & hoc voluit Ho. in d.c. quanto. Aut fuit præstitum in alia materia, & tunc aut, est ad honoré Dei principaliter, [g] & sic sine causa nullus potest absoluere nisi sol[9] Deus, & sic intellige Io. An. post Vinc. in c. 2. de spon. Nã Papa nõ pt remittere sine causa obligationem deo quęsitam. 24. q. 1. manet. 23. q. 3. si is qui. Ex quo infertur, ꝙ sicut Papa nó pót alium absoluere in hoc casu, sic multò minus seipsum. c. fi. de inst. & c. per vestras de iure patrona. Aut subest iusta cã, sic tã Papa pót, q̃ Episcopus, & ꝙ Eps possit, no. Inno. in c. debitores, [h] de iureiur. Et ideo subsistente iusta causa, poterit Episcopus commutare, & interpretari ſm do. Anton.

a Intellige glos.] Quę dicebat canonicos non posse venire cõtra cõsuetudinem ét iuratam, licèt Io. dixit contra in statutis, tu idem dicas, quando subest causa pet supradicta.

b Quia obligatio iuramẽti] Licèt obligatio in temporalib[9] trasmittat in hæredé, ét si nulla sit facta mẽtio de hęrede, vt l. veteris, C. de cõtrahé. & commit. stipul. secus tñ in spũalibus, vñ iurm patris non obligat filiũ ad obseruãtiã ei[9] Quamquã enim sit honestũ, vt filius sequatur volũtaté patris, q iurauit, nõ tñ de necessitate tenetur. c. ex literis, de spons. & c. 1. de despon. impu. & eo. ti. li. 6. c. vnico. Ratio diuersitatis est, quia in istis spũalibus ligatur anima, quę sine cõsensu eius ligari nõ põt, vt in iurib[9] ꝑalleg.

c Et successoribus] Idẽ, si iurat alicui sub noĩa dignitatis, vide Pa. in d.c. veritatis, hoc firmat Io. An. in c fi. de sepult. vbi plus vult non solùm hæredẽ nõ obligari ex iuramẽto defuncti, sed etiã ratione iuramẽti nõ posse conueniri in foro ecclesiastico. Hæc omnia Pa. in d.c. veritatis. Et vide eundẽ quò ad vltimum dictum in d. c. fi. de sepultu.

d §. aliàs ea demum.] In fi. ibi gl. dicit, cum q a iocãdo iurat; secus, si temerariè, quia peccat mortaliter.

e Sit standum] Pone exemplum in d. ca. si verò, vbi pcutiens clericum nutrientem comam, si iurauerit ignorasse fuisse clericum, non remittitur ad papam pro iniectione manuum &c.

f Quis potest absoluere] Vide supra, dispensatio. §. 3. & in postilis.

g Dei principaliter] Iuramentũ dr pręstitũ principaliter Deo, qñ quis iurat volés principaliter cõplacere deo, vñ si qs iuraret ducere meretricẽ in vxorẽ ad honorẽ dei, non posset illa hoc iuramentum remittere ſm Pa. in c. 2. de spõ. dr autem esse pręstitũ homini, qñ ad cõmodũ eius est factum. Et ideò licèt iuramentũ Deũ respiciat, vt in c. debitores, e. ti. tamen quãdo cõcernit cõmodũ hominis, deus illud acceptat pro homine; & si hõ remittit, etiam deus remittit ſm Pano. ibidem.

h No. Inn. in ca. debitores] Vbi dicit, episcopus in iuramento dispẽsat, si dolo, vel metu, vel vi extortum sit. c. con. ingat, e. ti. & 15. q. 6. c. 1. & 2. ſmo in gt, pót dispẽsare ex cã in iuramentis licitè ꝑstitis. 15. q 6. nos sanctorum.

in d.c.quãto,& Spe.in ti de legato,qñ.s.dubitaẽ de eius validitate,& alijs dubij·,& ẽt absoluere ẽm Inn.quem sequiẽ Pa.in d.c.quãto,e.ti. Sed est differẽtia inter Papã,& Epm, qa Eps non põt nisi respectu suę diœcesis. Papa verò respectu totius orbis, vel respectu magnarũ personarũ,aut magni dubij est reqrend⁹,& sic pt intelligi.[a] c.venerabilem,de ele.ar.c.si verò, cũ si.eo.ti. Alius ãt citra Epm,vel qui nõ hẽt Epalẽ iurisditionẽ, non pt absoluere in iuramẽto,sicut nec in voto dispensare,vt not in c.1.de voto. Sed quæ est cã legitima absoluẽdi a iuramẽto pstito in materia spectãte ad honorẽ Dei? R. q pp scãdalum euitandũ,vt no.in gl.2.d.c. quãto,& Inn.in d.c.venerabilẽ,in fi.vel maior vtilitas, vt not.Inn.vbi s.& in d.ca. debitores,& est tex. in c.peruenit,el.2.e. vel subest alia iusta cã.de qb. 15.q.6.nos sanctorũ, & c.autoritatẽ,& credo, q hoc sit relinquendũ arbitrio ipsorũ,vt ex pdictis colligãt,qũo in alijs debeãt iudicare.Si verò materia,in qua est pstitũ,non ptinet ad Papã,nec ad honorem Dei,sed cõmodũ hois, sic Papa põt ex cã absoluere,vt in c.quãto,de iur. iu. & in c.2.de voto,aliás non respectu laicorũ sibi in tpalib.nõ subditorũ vt in Cle. pastoralis, de re iudi.& qd no.ĩ c q ĩ ecclesiarũ.de ꝯst. & in l fi.C.si contra ius,vel vti.pu.Facit,qd no.j.Obedientia.§.2.Similiter dic.q pt Eps ex cã legitima absoluere a iurõ licito, & dr cã legitima, qñ inest turpitudo ex parte recipientis, vñ dicit Pa.in c.1. de in.iur.q si notoriè ꝯstat [b] de turpi receptione,poterit Eps absque hoc q citet,vel cogat[c] suscipientẽ,relaxare, & absoluere, puta cũ qs ex metu exegit iurm sup eo, de quo aliàs ẽt de iure nõ tenetur,vt exẽplificat idẽ Pa. in c.ad nostrã,el.3.[d] eo.ti.qa iniuria sibi irrogaẽ in eo,q illaqueaẽ iurõ ad iuris obseruantiã per metum,& iõ pp periculum periurij potest petere absolutionem, & sic exiẽde c.si verò,e.tit.

1 Vtrũ in oib. pdictis,in qbus dixi iurm nõ obligare, possit qs ppria autoritate ꝯtrauenire? R. vt colligo ex Io.in c.cũ qdã.[e] de iur.iu. q qñ est dubiũ, an sit obligatoriũ,tũc nemo pter autoritatẽ supioris põt ꝯuenire,nec iudex sœcularis ĩ casu,in quo est dubium inter doc. an sit obligatoriũ vel nè,põt se intromittere, sed remittere ad iudicem ecclesiasticũ,ita no.Pa.ĩ d.c cũ ꝯtingat.Qñ verò nõ ẽ dubiũ de iuri obligatiõe, tũc si pt seruari absq; dispẽdio salutis,dẽt peti absolutio pp reuerentiã sacri. Si verò sit in dispẽdiũ salutis,tũc põt hõ ppria autoritate ꝯuenire, & no.hic q in dispendiũ salutis dr oẽ illud,qd charitati Dei derogat,vel eius pfectioni,vel disponentib.ad eã. vr tñ Pa.in c. cũ qdã,de iu.iu. tenere non esse necessariã absolutionẽ supioris,ẽt qñ põt seruari sine interitu salutis,nisi solũ nè noteẽ de transgressione iurĩ.hoc est dicere pp scandalũ, & sic credo;quando scilicet est clarum, q non obliget iuramentum, quod nota.

2 Verum iuramentum, quod concernit fauorem iurantium tantùm, si remissibile per eos,qui iurarunt?[f] R. Ioannes And. in

no nun.& ibi lati⁹ Alb.de iu.iur. Fa. ij quod vulę Bal.in c.ego,circa fi.ar. illi⁹ tex. de iu. iur. q dñs põt relaxare iuramentũ vasalli, & ipsum absoluere a vinculo iuramẽti. Et facit qd fin. vult Io.And. in add. Spec.4.p. eo ti.de iud.§ sequiẽ,in add. inci. ibi in.§. ad hæc, in fi Quod si pater veniens ad mortem, habens duos filios, fecit eos iurare de hęreditate nõ diuidẽda.j.10.annos qa mortuo patre pñt ipsi fratres sibi remittere iuramentũ, Quia cũ tale iuramẽtũ sit pstitũ in fauorẽ ipsorum,pñt suo fauori renũciare, & vult Bart.in l. cũ stipulatus sim mihi a pculo,de ver.obl.Si creditor prorogauit terminũ iur..ti.post, q certũ est pmissorẽ non posse in termino adimplere,ad hoc ista prorogatio facit pmissorẽ nõ esse piurũ, secus tamẽ esset, si debitor iã periuriũ incidulet qa tũc creditor non posset remitteẽ fm Bar. & alios in d.l.Labeo,& Panor. in

a Et sic potest intelligi] Et qd no. Spec. Vbi supra. Qui sentit sine commutatione quem nõ posse dare licẽtiam contraueniendi. Quod nõ admittit Pan in d.cap. Quanto,quando subest alia iusta causa,ar d cap.si verò,de iureiur. cum simi.

b Notoriè constat] Hoc firmat in vlt. col. versi. hæc puto Nam si hoc casu valeret sentẽtia,vbi agitur de maiori piudicio, fortius valebit absolutio, vb non agitur de tanto præiudicio. Ad hoc. c.bonæ.§ contra de ele.& e ti ca. venerabilem.

c Vel cogat]hoc dicit Pa.in 4 colum.ver 4. remediũ,vel põt compellere, vt desistat ab exactione vsurarum, vt. in c.tuas, de vsuris & in alijs locis ibi.ĩ 4. remedio.

d Pa. in c. ad nostram el.3]In 1. col.versi. sed hic aduerte pone exemplum. Ego teneor audiẽ missam die festo,sed socius meus cõpellit me iurare, &c. Ego possum peteẽ absolutionem, nè aliàs incidã in periuriũ audiendo missã.

e Et Inn.in c. cũ quidã] Nihil ibi dicit. Sed se remittit ad.c. venerabilem,de elec. in fin.vbi de hoc per eum.

f Per eos qui iurarũt]Adde Bar. in l. 1. § & post operis,ff.de ope.

in c.2.de spō.& Ioan.de Ligna.in Clemen.1.de vsuris ꝙ sic,& facit.d.capitulo.2. idē tenet Cardi.in princip. 13.quæstionis & facit. d.c. 2.Secus, si concerneret cultũ dei, vel religionem, vel pietatē, puta, iurarunt duo sibi inuicem,ꝙ religionem intrabunt,ꝙ dicēt duo psalteria,vel ꝙ de lucro eorum dabunt certam partē pauperibus,& huiusmodi, q̃a nō pñt sibi remittere.Similiter non possunt, sibi iurauerũt id, ad quod tenebãtur,puta ꝙ non furtum facient ꝙ mercatores non falsificabũt merces,& huiusmodi.Similiter ēt non possunt remittere quando iurāt super aliquo faciēdo,vel non faciendo,quod nō pertinet ad eũ, cui iuratur,sed simpliciter, puta, iuro tibi,ꝙ negotiabor, vel non faciā talem artē, si tamen tale iuramentũ respiceret incommodũ alterius,puta communitatis, aut aliorum,non valeret,vt dictũ est. Similiter non teneretur, qñ iurādo de aliquo faciendo, vel non faciendo intendebat, si ille cui iurabat similiter faceret, q̃a sic si ille non seruat,nec iste tenetur,facit quod no Host.In. & Ber.in.c. peruenit, el.2. & facit cap. sicut, el. 3. de iureiuran.

3 Verũ vniuersitas,quę iurat aliquid seruare, vel non facere, teneatur, quando maior pars facit contra? R. Rod.ꝙ si qñ iurauerunt, habebant aliquam conditionem in mente, ſm illā debent seruare, puta si alij omnes, vel maior pars seruabit & ego. si vero nullam conditionē habebāt, sed dubitatur,an fuerit simplex, vel sub aliqua conditione, tunc si iuramētum spectet tantùm ad commodum iurantium, & medietas vel maior pars seruat, & hoc vergat in damnum seruantium,& lucrum nō seruantium,benignè interpretandum est, q̃d aliquibus non seruantibus,alij non tenentur seruare.Si verò nullum incommodum patiuntur seruantes, non est tutum contrauenire,sed denuncietur prælato, vt vel cogat seruare,vel sibi inuicem remittere. Si verò concerneret commodum aliorum a iurantibus,non possent nec sibi remittere, nec alijs non seruantibus non seruare sine periurio,si simpliciter iurarent, & si dubitant an simpliciter iurarent, vel sub conditione,dimittant incertum, scilicet non seruando,& seruent quod est certum.

4 Vtrum licitè quis possit petere absolutionem a iuramento in casibus, vbi tenet? R. ſm Pa.in c.cum contingat,e. ti.17.col. ver.septimus casus,ꝙ aut iuramentum cōtinet turpitudinem ex parte suscipientis, & maximè concurrente materia turpi,sup qua præstatur, sed ex parte iurantis nullũ imminet peccatum, sic potest peti absolutio,non obstāte conditione aduersarij, casus est in d.c.debitores, ex quo patet,ꝙ filiusfa.q. cum iuramento renunciauit Macedoniano, pōt petere absolutionem in terris,[a] vbi cōmuniter hodie filij nō inducũtur ad tantum malum, & hoc est tutius ſm d.Ant.in d.c.cum cōtingat, & placet Pa.[b] quamuis posset de subtilitate iuris dici, ꝙ non tenet iuramentum,si benè pōderetur. l.1.ff. ad Mace. quia emanauit ad compescendum libidinem peccantium, & sic pp bonum publicum corporis,& animæ; contra quod iuramentum nullum est.c.si diligenti,de fo.com.& c.cōtingit.el.1. de sen. excō. Item quia iuramentum non solũ est nullum,quando continet in se peccatum, sed etiam quando potest præbere occasionem peccādi.c.cum ab omni,de vi. & ho. cle.& c.nam concupiscentiam, de constit. & c.sicut ex literis,[c] de iu.iur. Aut iuramētum nullam turpitudinem aliam habet, nisi quia est contra legem præstitum & in hoc distingue. Aut & lex resistit propter fauorem rei publicę principaliter, & non est necessaria absolutio, quia iuramentum non valuit, dicto capitulo, si diligenti. Aut resistit principaliter propter fauorem iurantis, licèt secundariò in fauorem publicum, vt in muliere, minore, & huius-

c.1.de iureiuran. Et adde.Si debitor iurauit soluere, & ipso absente & etiam ignorāte prorogatus sit terminus procuratori suo, adhuc non est piurus. Ita Albericus post Guil de Cu in d.leg. Labeo, Bar.& alios in l.q̃ te, ff.si certum petatur &c.

a Absolutionem in terris] Secũdũ Bar in l. si q̃s p eo.5.col. ver. et ideo dico, & Io. An.in additi. ad spec.ti de senten. prolati. ver. sed pone, vbi sentit tale iuramentum non valere, q̃a ꝯ bonos mores, & hoc pręcipuè vbi filij inducunt ad occidēdos parentes, vel alia sęua committenda.

b Et placet Pa] Licèt aliàs secutus est opini. do. Anto.

c Et c. sicut ex lr̃is] Facit quod vult Io.An.in addi. specu. titu.de sen. prolati.§.vt autē, ver.sed pone,vbi sentit tale iuramentum nō tenere, q̃a ꝯ bonos mores,& hoc pręcipuè in terris vbi filij inducũtur ad occidendos parentes, vel ad alia sæua committenda &c.

a Minore, & huiusmodi]De quo in c. 2. de pactis, li 6. & in d c.cũ contingat, & in aut.sacraměta puberũ,si aduer.vẽditio examinat Pa.vbi.š.18.col. ver.octaus casus.
b Si verò iuramentum]Pa.vbi. š.18 col.ver.nonus casus,& vide bis omnino, qa latè & pulchrèlo quitur.
c Iuspatronat°] Dicitur patronatus, qa sicut pr̃ deducit filiũ de non esse ad esse, Ita ille dicitur patronus, q ecclesiam,quę non erat, ad esse deducit
d In c. s de offi. vi.]Et ibi Ge. 3. col. versi. pone, tractat,anvicari° generalis possit remouere institutum per epm ad instantiam veri patroni,qui tunc præsentat. Et dicit hãc quęstionẽ fuisse disputatã Bononię. Et cõcludit,ꝙ sic maximè cum speciali mandato,
e Not. in c. cum plantare]Ibi Pa. tertio nota, vbi dicit habens ecclesiam sibisubiectam, põt exigere rationẽ de rebus tẽporalib°, quãtũ expendit in fabricam ecclesię, sed nõ qd expendit: quotidie vt hic dicitur; vide etiam ibi eundem sup glo.in ver.pleno iure, vbi dicit, si patronus in instituto inueniat aliqd correctione dignũ, debet referre ad episco

modi, a tunc si potest seruari sine dispendio salutis, absolutio non potest peti. ca.si verò,cum si.e.ti. ꝙ intellige verum, quando sine dolo,vi,vel metu,sed sponte & scienter est iuratum. Si verò iuramentum b fit in cõtractu, & datur enormis læsio, licèt iurauerit nõ cõtrauenire,tamen poterit absolutionem petere,quia p̃sumitur dolus. l. omnes.§. Luci°,ff.de his quæ in frau. cre.l.qui testium, ff.de ꝓb. & nihil interest, vtrum interueniat dolus a proposito,vel re ipsa.l.si quis cum aliter,ff.de ver.obl. & verba iuramenti debent intelligi ciuili modo, s. ꝙ nõ ꝯtraueniat nulla ratione,vel cã,exceptis grauib.læsionibus,ar.c.creditor.§.Luci°, ff.manda. Intellige,nisi sciẽter iurasset,quia cessat dolus & re ipsa, & ex proposito. Et ideo non poterit. Sic etiam si nõ intellexit enormem lęsionem,licèt dixerit non contrauenire neq; magnè,neque paruè, vt ponũt notarij non propterea prohibetur quin possit petere absolutionem.de hoc vide supra,Arbiter.§.10.

IVRISDITIO sm Azon. dicitur a ditione,quod ẽ potestas,& iuris,quasi iusta & legitima potestas.

1 Iurisditio sine coertione non valet, de officio de leg.c.pastoralis, vnde dicit tex.in l.fi.ff.de officio eius, cui mand.est iurisditio, sine modica coertione nulla est iurisditio.

2 Iurisditione commissa, oĩa sine qb. explicari ñ posset,intelliguntur cõmissa similiter,ff.de iur.om.iu.l.2.

IVS est ars boni & æq.ff. de iust.& iur.l.1. Ius cõstare non p̃t,nisi sit aliqs iurisperitus, per quem possit quotidie in melius ꝓduci. ff.de ori.iur.l.necessarium. Ius diuidit̃ in ius naturale gẽtiũ ciuile, & publicũ, de hoc vide di.1. per totũ, & ff.de iust.& iur. per totum. Vtrum facta contra ius valeant,vide infra,lex.§.18.

IVSPATRONATVS c ẽ ius honorificũ, onerosum, & vtile alicui competẽs in ecclesia pro eo, ꝙ diœcesani consensu eam cõstruxit, fundauit,vel dotauit ipse, vel is,a quo causam habuit secundùm Io.An. & Pa.in rub.de iure pa. & dicitur honorificum,quia habet honorem præsentandi rectorem, quia sine eius præsentatione,si episcopus, vel alius prælatus instituit,ipso iure est nulla,per.c.decernim°.16.q.7.tenet Io. An.in c. 2. de of. vica. d li.6.nisi quando patronus fuisset negligens in prælentando, quia elapso tempore benè instituit, papa verò benè posset sine præsentatione patroni, & similiter legatus de latere,si patronus sit ecclesiastic° non tamen posset prædictus legatus, si eẽt sœcularis,vide gl.in Cle. per literas,de p̃ben.in ver.apostolicis,& iste est casus c.cũ dilectus,de iure pa.onerosum dr̃, quia patronus tenetur defendere ecclesiam,nè bona indebitè dilapidentur.16.q.7.filijs, vnde præsentatus tenetur reddere rationẽ de administratione patrono(intellige si patronus est ecclesiasticus,nõ sœcularis) vt not. in c.cũ & plantare, e de priui.& Pa.in c.ex literis. f & c.cũ pp. eod.ti. non tamen valde strictè dicendo quid expẽdat quotidie, sed in genere,ita no.Pan. in c ex literis,de iure patro.vtile dicitur etiam, quia si veniret ad inopiam, tenetur ecclesia ex redditibus vltra necessaria remanentibus alimentare g patronum pinguius,quàm alios pauperes.c.quicunque,el 2.ea.causa,& q.& c. nobis,1 fi.de iu.pat.& no.ꝙ ius patronatus habens, aliquando dicitur patronus, aliquãdo aduocatus,& vicedominus,custos,

pum,vt i c.1.16. quæst.5.
f Et Pa.in ca.ex literis]In 4.not. Et ex hoc infert pinguius ius habere ecclesiastic° q̃ sœcularis. Et idem dicit in. d. ca. cũ propter. 3. commu.versi. 5. differentia.
g Alimentare] & ẽt filios. Et dicit tex. d. ca.nobis, Quã modestè fuerit currit. Et dic. gl.habito respectu ad facultates ecclesię,& qualitatem personæ. 10 q.3.c.fi. cum similibus.

guar-

a De his modis, & qbus iuspatronatus habere liceat, lege Conci. Tri.sess. 14.c.12. 25.c.9.quomodo ꝓbetur, eod.c.9. qđ rogatũ ceusea tur,ibi. de refor. Petrus. Vendra.
b Etiam si de ea dem materia] Ad de tex. optimum in l. quid tamen. §. mihi nauis, ff. qui mo. vsufru. amit.vbi dicitur, si nauis reficiatur per partes nõ ꝑditur vsufructus; secus, si ex toto destruatur, & de nouo reficiatur, etiã si de eisdem tabulis &c. quan do aũt qs dedit dotem,vel fundũ tanc nõ ꝑdit ius-patronatus, sed hoc casu erũt am bo patroni, prim⁹ ratiõe fundi, seu dotis.Secũd⁹ rõne nouę cõstru ctionis. Hęc Pa. in d.c. quoniam.
c Tamen In.]In rubrica de iure patro. Et refert Pa.in c.qm̃,co.ti. Vbi vult fieri de bere de consensu episcopi.Item de betrequiri prim⁹ patronus;& ratio est, qa fauore ecclesię hęc ꝯstitutio dotis retrotrahitur, & videtur dotata añ cõ secrationẽ, sicut in simili cauetur in matrimonio, vt in c. tanta,qui fil. sint legitimi.
d Vel dotauerunt] Adde pro hoc. l. 5.§.4 ff.ꝓ soc.Vbi dr̃, socie tas põt coiri etiã inter eos,qui inæ quales habent facultates, cũ plerunque pauperio ris opa suppleat

guardiã habens eius, aliàs præsentationis,vel processionis ẽm Ho.in c.pręterea e.ti.& in c.in singulis,in fi. de statu.mo. & ideo suppo nunt pro eodem.

1 Quibus a modis acquiritur iuspatronatus? ℞. ꝙ ex trib⁹.Primum,quia fundauit ecclesiam.i. fundum ad ædificandum dedit.d.c. nobis,& ca. abbatem,el.2. 18. q. 1.

2 Secundum est ex constitutione ecclesię.c.monaste riũ.16.q.7.& hoc itellige, si facit de ꝯsensu epi, cum alio mõ ecclesia fieri nõ de beat.de cons.d.1.Nemo,de iurepatr.quoniam, & c.no bis fuit.16.q.7.filijs.

3 Sed qd si ad refectionẽ dedit?℞. ꝙ non acquiritur iuspa.ẽm Lau.arg.ff. nè qd in lo.pu.l.2.§.vicinales,qđ verum est, qñ non est omnino destructa. Sec⁹,si funditus erat destructa, & de consensu reparauit,qđ per inde est,ac si de nouo fecisset,de Iudæ. ꝯsuluit, & in aut. vt nullus fab. oratorij dom.col.5.§.1.sed prim⁹,q ædificauerat,amittit iuspa. si nõ dederat fundum, vel dotẽ,& ẽm gl.in c.qm̃,e.ẽt si de eadem materia b sit reparata,est gl.1.in fi.

4 Tertiũ ẽ ex dotatiõe. d. c.filijs,& c.quicunq;,ibid. & hoc intellige de dote data añ ꝯsecratiõe, qa post ꝯsecratiõe non inducere tur, qa nulla seruitus rei sacrę pt iponi.ff.de seru.l.ser uitus.la.2.§.vl.& qđ humani iuris definit esse,seruitutẽ non recipit.ff.cõia.ꝑdio. l.caueri.Tñ Inn. c & Ho.tenẽt,ꝙ si non hẽt,dotẽ, & si bi dẽ post ꝯsecrationem, ꝙ acquirit iuspatronatus, qa sine substantia rerũ non posset ecclesię deseruiri. 1. q.3.si quis obiecerit,& magis placet,& no.ꝙ nisi det pro dote, vel ratiõe dotis, non habebit iuspatronat⁹, sed erit benefactor ẽm Pa. in d.c.quoniam.Limitat ẽt hoc idem Pa.ꝙ ex dotatione post consecrationem efficitur patronus, Verũ, qñ fundator non potest cõpelli ad ipsam dotandã, sicut fit in istis capellis, qđ not.

5 Vtrũ possint esse plures in dote ꝯstituenda?℞.Inn. in c.ad audientiam,de ecc. ædi.vbi ẽt Pa.ꝙ sic, & quilibet erit patronus, vult etiã gl.63.di.in summa, & sic limita gl.in d.c. quicunque, quæ vult, ꝙ dãs modicam dotem non sit patronus,qa verũ est,qñ vnus solus dat, secus, si plures simul dant sufficientem. Idem dic in fundatione,& ędificatiõe, & sic patet, ꝙ multi essent patroni, puta quia vnus dedit fuudum, alter ædificauit, alter dotauit,vel plures ædificauerunt,vel dotauerunt. d

6 Vtrum iuspatronatus e transeat ad hæredes?℞.Panor.in c.1.de iure patro.ꝙ sic, etiam extraneos, ita, ꝙ si pater instituit filium in certa re, extraneum hæredem vniuersalem, iuspatronatus transibit in extraneum,non filiũ,& si plures sunt hæredes, in omnes transit,vt in d.c.1.& Cle. fi.e.tit. & non solũ transit ad masculos, sed etiam ad fœminas f hęredes. Facit capitul.final. de concess.præbend.sentit gloss.in cap.quoniam iouestituram.16. quæstio.7.& ideo filius,qui repudiauit hæreditatem paternã, non erit patronus secundùm Federic. con silio. 111. Et hodie determinatum est per d.Cle.fi.ꝙ succedũt non ꝑ capita, sed per stirpes,vnde,si plures succedũt vni ex duobus patronis, etiam omnes habentur loco vnius, & licèt vnus habeat plus de hæreditate, quàm alius, dummodo non

quãtũ ei ꝑ cõpa ratiõnẽ patrimonij deest.
e Ad hoc videas idem c.9.ses.25. Petr. Vend.
f Sed ẽt ad fœminas. Nõ solùm si sint cõstitutę in dignitate, sed ẽt si sint priuatę,da to ꝙ tex. in c. fi. de cõcessio. pręb. ꝓbet solũ de muliere constituta in dignitate, ꝙ possit hẽre iuspatronatus. Et ita sentiũt Domini de Rota in quadam sua decisio ie. Et facit,quia iura nõ distinguunt. Sed ædificatori dant iuspatronatus. 16.q.7.c.filijs.& masculinum cõ prehẽdit in se fœmininum. Et de hoc per Pa. in c. a nobis.1.col. e. ti.& in c.cum sẽ culũ,e.tit.& not. in d.c.fi. de concess. præben.

a Et fm Petri. ...it, q potest vni adiudicari, qa hoc esset vtilius ecclesię. f. hr̃e vnũ patronũ, q̃ plures, cũ res cõmunes negligant. l. 2. C. qñ & qui. quarta pars debe. l im. sed ratio Pa videtur melior, & subtilior & dicit hoc esse mixti tenẽdũ, qa frequenter potest ... ere, vñ dicit se alias dixisse, q patronus nihil habēs in bonis nõ potest cedere iuspatronatus creditorib^9, quia non recipit ęstimationẽ, nec potest interueniri titulus nõ gratuitus.

b Secundũ Ho. & Cal.] Et sic iuspatronatus põt esse accessoriũ in rebus temporalibus; facit. l. in modicis, ff. de cõtrahẽ emp. vbi dicit Loc^9 sacer, vel religiosus vẽdi nõ pot, sic ipo test accedere rei vẽditę, ex quo infertur, maius dignũ qñque accedere posse minus digno. Ad idẽ l. si mercedẽ. §. cum fundũ, ff. de act. emp. vbi vẽdit. õi fundi cedit sepulchrum nisi specialiter sit reseruatũ. Hoc dictũ late examinat ibi Geminia. 2. q. 10 prin.

c Quia si principaliter] Puta, vt possit præsentare fratrẽ, vel amicũ.

d Item fm Ioã. An.] Hoc dictum late examinat ibi Gem. 2 q 10 prin.

e Vt est hæredi-

sit hęres in certa re cõstitutus, ęqualiter, erit patron^9.

7 Vtrũ iuspatronatus possit diuidi inter hęredes? R. Pa i d. c. 1. q nõ, qualitercũque intelligatur ista diuisio cũ ipsum ius sit incorporale possunt benè conuenire pationi, vt alternatis vicib^9 præsentent. d. cle. fina. Similiter si habent plures ecclesias, possunt conuenire, vt præsentet vnus in vna, & alter in altera, quia sicut diuisio permittitur in tempore, ita & respectu locorum, & ista non est diuisio, quę prohibetur in. d. capitulo. 1. de iure patro.

8 Vtrũ iuspatronatus possit adiudicari vni ex hęredibus? R. Pano. in. c. quęrimoniam, eo titu q non, quia si ęqualiter diuidũt, nõ apparet, quare hoc. Si inęqualiter diuidũt, & tũc si dat̃ p restauratione illi, q minus habet illicitũ est, & simonia cum ^a c. pręterea, eo. titulo.

9 Vtrũ iuspatronatus trãseat cum vniuersitate bonorũ? R. q sic. 16. q 7. nemini, & e. ti. c. ex literis, & c. cum sęculum, de iure patrona.

10 Vtrũ transeat donatione? R. q sic. c. ex insinuatione, & c. cõsultationib^9, eo. ita tñ q si est laicus, non potest donare cuicunque laico, aut clerico recipienti nomine proprio sine licentia Episcopi, vt in. c. nullus, & c. pęterea, eo. ti. sicut nec aliqđ aliud ius spirituale. Si verò donaret ecclesię, aut loco religioso, tũc secundũ cõiter doct. potest sine licentia Episcopi, vt no. in d. c. null^9, & c. ex insinuatione, & c. illud, & c. vnico, eo. ti. lib. 6.

11 Vtrũ possit dari in feudum? R. q sic, cũ vniuersitate. c. cum sęculum, eo. ti. sed specialiter non sentit In. in c. cũ Bertoldus, de re iudi.

12 Vtrũ venditione trãsferatur? Res. q si specialiter vendatur, est simonia, si emit intentione, vt possit præsentare, quem velit, vel priuare; & debet spoliari ille qui emit, & ecclesia debet esse libera secundùm Innocen. in. c. quia clerici, eo. titu. Si verò emeret cum vniuersitate temporalium, cum quibus trãsit etiam iuspatronatus, non est simonia secundùm Hostien. & Cal. ^b vt patet ex. c. ex literis, eo. titu. quod verum credo, cum non emit principaliter talia bona temporalia propter iuspatronatus consequendum, quia si principaliter ^c propter hoc emeret, esset simonia; ita not. Panor in. c. quia clerici, eo. ti. Item fm Io. An. ^d c. vnico, eo. lib. 6. si dicatur, vendo tibi villam & iuspatronatus, quod habeo in ea, non valet venditio; secus, si simpliciter vẽdit villam, vt in cle. pastoralis, de re iudica. Et ideo emptor, vel feudatarius, cũ acquirant directũ vel vtile dominiũ rerũ, similiter acquirũt iuspatronatus licitè, sicut alios fructus habẽt. ff. de cõtrahen. emp. l. dolia, in princi.

tas] Vel si diceret omnia bona, q appellatione bonorum venit vniuersitas. l. bonorum, ff. de ver. sig.

13 Vtrum vẽdens omnia iura, quę hẽt in tali villa, quæ non est sua, intelligatur vendere iuspatronatus, quod ibi hẽt? R. q nõ, qa ad hoc vt trãseat, oportet q res q̃ venditur, talis sit, q ẽt sine expressione vniue. sitatẽ vel iuspatronatus in se contineat, sicut est villa, vel castrũ, quod in se cõtinet honorẽ, iurisditionem, districtum, & iuspatronatus, ff. de verb. sig. l. pupillus §. territorium, sed quando dicit, vendo tibi omnia iura, resoluitur hæc vniuersalis in singulas res. s. vendo tibi hoc & illud, cũ autẽ iuspatronatus sic non possit vendi, sic in tali vniuersali non ꝯprehendit̃. Sed si sit aliqđ vniuersale, quod multa iura in se contineat, vt est hæreditas, ^e benè trãsit cũ illo iuspatronatus. ff. de pe. hę. l. itẽ videndũ. §. fi. & duabus sequẽtibus, vide omnino. Pa. in. d. c. ex literis, de hoc.

14 Quid si vendat quis palatium, vbi habet capellam, quæ fortè habet multa priuilegia, & multos reditus, transiet iuspatro. cum palatio? Respõ. quod sic. ar. l. si mercedem.

dem. S. si eum fundum. ff. de act. emp. quia ad capellam non est iter nisi per palatium, contrariū no. [a] Ho. & Inno. in c. ex literis, eod. titul.

15 Vtrū possit pignori obligari? ℞ verior opi. est Inno. [b] ꝙ nonetiam cum vniuersitate, quia cum creditor non possit vti pignore, si vacaret ecclesia, nemo posset præsentare.

16 Sed intra quantum [c] tēpus debet patronus prǽsentare? ℞. ꝙ si est laicus, habet quatuor menses, si clericus, sex a tempore vacationis, c. eam te decet, e. ti. & est tex. in c. vnico, e. li. 6.

17 Sed nunquid poterunt variare? ℞. ꝙ sic, si est laic⁹ ante, quàm episcopus confirmet, vt in ca. quod autē, & c. cum autem, & c. pastoralis, eo. ti. si est ecclesiasticus patronus, nō potest variare [d] post, quàm præsentauit, d. c. pastoralis, cum. c. prædictis, eo. ti.

18 Vtrū prælentans indignum priuetur iure prǽsentandi? ℞. ꝙ si est clericus, q præsentat indignum, priuatur ea vice, [e] tex. est in c. sicut. in fin. de sup. negligen. prǽl. & c. 3. de ec. ędi. Si verò est laicus, [f] non priuaē, vt elicitur subtiliter, de of. ord. ca. cum vos, hoc tenet Inn. & Ho. & Ber. in d. c. cū vos, & Arc. in c. suscepti, de præb. li. 6. peccat tamē mortaliter scienter prǽsentando indignum, quia infideliter agit in officio sibi commisso vide, Administratio, vide supra, electio. S. 21.

19 Vtrum quis possit præsentare seipsum? [g] ℞. ꝙ nō, sed benè filium, dummodo sit idoneus, facit. ca. per vestras, e ti. & ibi no. Ber. & Ho. & Pa. ponit in cap. consuluit, eod. ti. Similiter possunt prǽsentare vnum ex seipsis. Facit. l. vbi ad sūt, [h] ff. de tutor. & curato. da ab his, tenet gloss. d cap. consuluit.

20 Vtrum prǽsentatus a maiori parte patronorum sit admittendus? ℞ Pan. in capit. quoniam, eo. ti ꝙ aut prǽsentatio fit ab istis sicut a collegio, & tunc requiritur maior pars respectu totius capituli secundùm Io. Andr. & videtur tex. in capit. ecclesia, el. 1. de ele. aut præsentatio fit ab istis vt a singularibus, vt communiter fit a laicis. & tūc admittitur, qui prǽsentatur a pluribus, verbi gratia, sunt sex patroni, tres prælentantur, admittitur qui prǽsentatur a tribus vt a pluribus præsentatus, qđ benè nota, [i] quia facit ad multa.

21 Vtrum oporteat, quòd sint simul, quando volunt præsentare? Respond. Pan. in d. capi. quoniam, quòd si agunt vt collegium, oportet omnes vocare, aliter poterunt contempti annullare præsentationem. [k] Si verò agunt vt singuli. Feder. consi. 97 tenet, quòd non, Sed Bart. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. tenet, ꝙ siue a collegio, vt collegium est, siue a pluribus, vt singulares, consensus est explicandus, dummodo maior pars præiudicet minori, semper debent simul esse per. l. iurisgentium, aliàs incipit & suum heredē. S. si. ff. de pac. & hoc est verius quò ad vocationem, quia fortè si fuissent prǽsentes, induxissent ad consensum alterius, & pro hoc facit. c. 2. & quod ibi notatur, de arb. li. 6.

22 Sed qđ si duo tm̄ sunt patroni, & duos prę-

a Cōtrariū no.] Idem Pan. ibi, & dicit, ꝙ palatiū nō est qđ vniuersale, sed res particularis.

b Verior opi. est In.] in d. c. ex literis, eo. ti. vbi et Pa. super. 1. gl. & clarius Inn. in c. cum Bertoldus, de re iudi. vbi addit aliam rationem, scilicet qa creditor tenetur sibi fructus computare in sortē quos percepit ex pignore. c. cū cōtra, de pign. & c. 1. de vsuris, vn̄, si creditor prǽsentaret, non posset pollea præsentatum illum fructū. & sic creditor ex mutuo l[u]craretē, ꝙ fieri nō debet. Quia debet esse gratuitum. c. cōsuluit, e. ti. sequeretur ēt inconueniens, ꝙ solu[t]o debito removeretur præsentatus.

c De prǽsentatio nibus patronorū, & quorum sit electio, vel institutio præsentati, vide Sino. Tri. ses. 24. ca. 18. & 25. c. 9. de ref. Petrus Vend.

d Non pōt variare] De hoc vide Inn in c. cū Bertoldus, de re iu. & gl. i c. cū vos de of. ordi.

e Priuatur ea vice] Et ibi declarat glo. in ver in posterū, & sequit ibi Innoc.

f Si verò est laicus] Idē Card. in d. c. vos Fede. cō. 122. & hoc tene, licèt Io. An. in d. capit. vos, aliter dicat.

g Seipsum] vide in d. c. in scripto tis. 8. q. 1. & 1 q. 6. sicut is, Et tex. optimū in l. si qc quam, C. de epis. & cle quia on ambitiōe, sed labore vnuquemque a honoresa conuenit peruenire, l. contra publicam, C. de re mil. libr. 10. & 5. miramur. 61. d.

h Facit. l. vbi ad sunt] Vbi dicitur in casu, quo decuriones pōt dare tutorē, poterunt vnum ex se deputare Et sic not. ꝙ quando plures sunt deputati in aliquo officio, & hāt prouidere d certis officiatib⁹ pōt vnū ex se eligere, sicut videmus in electoribus, qui possunt eligere in prælatum vnum ex se ipsis, vt c. nē pro defectu. eao. propter. & c. cum in iure, de elec.

i Quod bū no.] Et sic electio rectoris scholatiū debet fieri a maiori parte, quia scholares eligūt vt collegiū, per Bar. in l. nn. ff. de colle. illi. Inn. in c. quæ in ecclesiarum de of. ord.

k Annullare pñtationem] vt in c. ꝙ sicut, & c. bonæ, de elec.

præſentani? ℞.Ioã. And.in capitul.cum autem,eo.tit. ꝙ epiſcopus poterit,quem voluerit eorum inſtituere, & eſt bona gl.in c.ſi plures 16.q.7. hoc tenet Inn.in c. 1.eo.tit. & Calder. & Car. in d.c.cum autem, & Pan. in c.eam te, eod.tit.& placet , [a] & licèt alij contrarium teneant.

23 Vtrum patronus poſſit aliquid exigere i, puta aliquos cæreos in cognitionẽ iuriſpatronatus? ℞.Pa.in c. præterea,eo.tit. ꝙ non, niſi tempore fundationis a diœceſano iſtud fuiſſet ſibi reſeruatũ,nec valet,ſi ipſe patronus fundando ſibi aliqđ ſeruitium reſeruet, niſi epiſcopus autoritatem præſtiterit,vnde,ſi epiſcopus autoritatẽ pręſtitiſſet, poſſet tale ius [b] vendere titulo remanente apud eum,& hoc credo verum, ſi dedit dotẽ, ſec⁹, ſi ſolùm neceſſaria ad ſubſtentationem miniſtrorum, quia tunc nullũ ſeruitium poterit ſibi retinere , ita no.Pa.in c.1.de cen.fallit hoc, quando locus religioſus proprijs expenſis eccleſiam ædificauit, qa tunc talis locus habet in ea omnia temporalia , ſicut ep̃s ſpiritualia,vt de pri.c.cum plantare, & etiam ius præſentãdi,de ſupplen.neglig. præl.c.ſicut.

24 Vtrum liceat clerico ſuſcipere eccleſiam de manu laici patroni? ℞. Pa.i c.præterea,el. r.e.tit.ꝙ non, & ſi facit, peccat mortaliter, & licèt nõ ſit ſuſpẽſus ipſo iure, tamẽ debet communione priuari.Ex quo ĩfert Pa. ꝙ ſi talis impetrat a Papa, non expreſſo ꝙ prius habuit a laico , non valet , [c] ex quo debet communione priuari, vt in d.c.præterea,& c poſtulaſti, de reſcrip.

25 Vtrum laicus [d] ædificans capellam in eccléſia, & eam dotans,acquirat ſolum ſibi iuſpa.an eccleſia ſimul? ℞. Pa. [e] in c.ad audientiam,de ec.ædi.ꝙ eccleſia ſimul,qa non poteſt negari , qn eccleſia ponat fundum, ex qua datione iuſpatronatus acquiritur.c.pię mentis.16.q.7.& ideo ſimul cõcurret cum laico in præſentatione.Similiter ſi clericus ædificat ex bonis eccleſiæ capellam , non ipſe vel parentes eius acquirunt iuſpatronatus, ſed ſolum eccleſia,ex cuius bonis eſt ędificata.

36 Vtrum ex delicto patris publicatis omnibus bonis eius,priuetur filius iure patronatus,quod habebat pater? ℞.ꝙ ſi publicatio fit ab imperatore, vel iudice ſœculari, non priuatur iure patronatus, nec pro aliquo crimine etiam læſæ maieſtatis poteſt imperator priuare laicum ipſo , quia habet iſtud a Papa. Ita not.glo. Arc.in c.fili⁹. 16.q.7. intellige hoc verum , quando non eſt in aliqua vniuerſitate ſœculari , quia ſi eſſet, ex priuatione illius vniuerſitatis ſœcularis transiret, & vide bo.gl.in c.ſatis ꝑuerſum.50.di.quæ dicit,ꝙ licèt pater commiſerit crimen læſæ maieſtatis,ex quo filij efficiuntur infames.l. quiſquis.C.ad l.Iul. maie.6.q.1.ſi quis cum militib⁹,filij tamen clerici non efficiũtur infames,& non perdunt beneficia , & ſic nec iuſpatronatus , etiam filij, qui non ſunt clerici , niſi cum vniuerſitate .

27 Quid ſi laicus habet iuſpatronatus cũ eccleſia ſimul,habebit ne ſex menſes ad ꝑſentãdũ? ℞.ſm Io.An.& Arc.in d.c. vnico. e.ti.li.6.ꝙ ſic,ita ꝙ ratione communionis, priuilegium eccleſię tranſibit ad laicũ ad inſtar eius,qđ dicitur de eo,qui habet rem cõem [f] cũ pupillo,quę nõ põt vſucapi,vel pręſcribi ꝑꝑ pupillũ,vt in l. ſi cõem.ff.quẽ ad.ſer.ami.ita per eccleſiã conſequitur,qđ per ſe conſequi non poſſet, de cõceſ.pręb. c.pe.idem dic,quando clericus, & laic⁹ habent pręſentare,ꝙ habet tẽpus ſex menſiũ ſm Pa.in c.eã te,eo.ti. quia maius dignum trahit ad ſe minus dignũ.c. ꝙ in dubijs,de con.ec.vel alta.& hoc tenet Io. And.licèt Ho.aliter.Et intellige de patrono eccleſiaſtico.qui habet iuſpatronat⁹ ratione eccle

ſię,

a Et placet] Adde gl.in ver.facere in c. venerabilem,de ele. Quæ vult , ꝙ quando electores diſcordant in pari numero ſuper imperatoris electione, tunc Papa ꝑt inſtituere quem vult, & ſequitur ibi Pa. & in d.c. cum autem , ponit ſimiles quæſtiones,vide ibi.

b Poſſet tale i⁹] In hoc §.ſũt duæ qõnes, vna,nunqd patron⁹ poſſit ſibi aliqđ ſeruitium reſeruare, ſecunda poſito ꝙ ſic, nũquid poſſit tale ius , aut ſeruitium vẽdere Et Pa. concludit vt hic. Debet tamen epiſcopus imponere grauamẽ moderatum vnde,ſi eſſet immoderatum, vel ex poſt facto ĩcipit multum grauari,poterit reduci , ad debitam moderationem, facit.ca. primum, de conſuetu.

c Non valet] Quia papa non ita de facili conſenſiſſet,facit ca. quiſquis , & qđ ibi no. de ele.

d Vide Con.Triden.ſeſ.14. c.12. de ref.P.V.

e Reſ.Pa.] Col. 4 verſi.ſed dubitaẽ . Et dicit hoc eſſe benè notandu,quia in multis locis propter inaduertẽtiam non ſeruatur.

f Qui haberet cõmunem] De hoc vide infra,peculium.§.vlt.

a Trin. Sin. sess. 6.c.16. de iustifi. & can.x.& 14.ca. sess.de ea. P. V.
b Sed p virtutẽ] De iustitia, vide p Sco.in 4.di.46. & per S Th. 2. 2. q.58.& p Archi. Flor.in 4. parte.
c De hac Conc. Tri. in multis c. ses.6.de iustifica. Cat.in arti.Sym. Remissio. peccato c.cũ igitur. & de Dei pręcep.in deca.cõten.c ve-rũ si, paulò post med. P. V.

siç, quia si haberet ratione patrimonij, esset idem per omnia sicut in laico, sic & in clerico.c.cum dilect⁹,eodem.& gl.in Cle.si.e.ti.no. Pa.in d c.eam te, & in d. c. cum autem,quod no.

IVSTITIA, secundũ quod est habit⁹ virtutis, potest accipi quatuor modis,secundùm Ri. in 3.dist. 33.ar.5.q.3.Primò communisimè, scilicet pro qualibet rectitudine animi, & sic diffinitur ab Ansel.li.de veritate.c.12.Iustitia est rectitudo voluntatis propter se seruata Secundò pro a rectitudine, per quam homo iustificatur in conspectu Dei, scilicet pro charitate, & sic diffinit ab Au. li.83.q.61.iustitia, quæ per cætera diffunditur, est dilectio Dei, & proximi. Tertiò pro qualibet virtute ordinata per iustitiã legalem ad bonum commune, & sic est idem cum qualibet virtute,differens tamẽ secundùm rationem. Quartò pro habitu determinante voluntatem ad firmiter volendum seruare rectitudinem debitam in operationibus, quæ sunt ad alterũ. Et hoc dupliciter, aut ad alterum, vt est persona singularis,& sic est iustitia particularis distincta per essentiam ab alijs virtutib. quæ sic potest diffiniri. Iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens ff.de iustitia, & iure.l. iustitia.Alio modo ad alterum, quod est communitas, & sic iustitia legalis, & hæc est omni virtuti generalis inquantum præcipit omnia exteriora cuiuslibet virtutis ad bonum commune referri, secundùm quod vult philo. 5.eth.c.9.Est tamen vna virtus specialis distincta in essentia ab alijs virtutibus, vnde non est generalis alijs per prædicationem sed per virtutem b

1 Quę sunt partes subiectiuę?℞.ſm phil. 5.ethi.duæ,scilicet commutatiua,quæ dirigit vnam priuatam personam ad aliam in his, quæ consistunt mutuo inter duas personas ad inuicem. Alia distributiua, q̃ est ordo eius,quod est cõe, ad singulas personas, quem dirigit iustitia distributiua communium secũdùm proportionabilitatem.

IVSTIFICATIO c impij quatuor requirit,primum motum liberi arbitrij,contritionem animi, Infusionem gratiæ,remissionem culpæ.

FINIS.



R E G E S T V M.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk. Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb.

Omnes ſunt Quaterniones præter † quæ eſt Duernio.



V E N E T I I S.
Excudebat Ægidius Regazola.
M D L X X V I.